

## LIBER VIII

Coactus adsiduis tuis vocibus, Balbe, cum cotidiana  
1 mea recusatio non difficultatis excusationem, sed  
inertiae videretur deprecationem habere, difficilli-  
mam rem suscepi. Caesaris nostri commentarios re-  
2 rum gestarum Galliae, non † conparentibus superio-  
ribus atque insequentibus eius scriptis, contexui no-  
vissimumque imperfectum ab rebus gestis Alexandriae  
confeci usque ad exitum non quidem civilis dissensio-  
nis, cuius finem nullum videmus, sed vitae Caesaris.  
quos utinam qui legent scire possint, quam invitus  
3 susceperim scribendos, quo facilius caream stultitiae  
atque arrogantiae crimine, qui me mediis interposue-  
rim Caesaris scriptis. constat enim inter omnes nihil  
4 tam operose ab aliis esse perfectum, quod non horum  
elegantia commentariorum superetur. qui sunt editi,  
5 ne scientia tantarum rerum scriptoribus deesset,  
adeoque probantur omnium iudicio, ut praerepta, non  
praebita facultas scriptoribus videatur. cuius tamen  
6 rei maior nostra quam reliquorum est admiratio; ce-  
teri enim quam bene atque emendate, nos etiam quam  
facile atque celeriter eos perfecit scimus. erat autem  
7 in Caesare cum facultas atque elegantia summa scri-  
bendi, tum verissima scientia suorum consiliorum ex-  
plicandorum. mihi ne illud quidem accidit, ut Alexan-  
8

## BUCH VIII

des A. Hirtius

### Vorwort

Durch dein unaufhörliches Drängen genötigt, übernahm ich  
eine sehr heikle Aufgabe, lieber Balbus<sup>341</sup>), nur weil meine  
täglich vorgebrachte Weigerung nicht die Schwierigkeit, son-  
dern meine Trägheit zu entschuldigen schien. Ich brachte  
unseres Cäsars Bericht des Gallischen Krieges zum Abschluß,  
da seine späteren Schriften mit den vorangegangenen nicht  
zusammenhängen, und führte das letzte noch Unvollendete von  
den Kämpfen in Alexandrien fort bis zum Tode Cäsars, nicht  
bis zum Ende des Bürgerkrieges, dessen Ausgang wir noch nicht  
absehen. Daß doch meine Leser einsehen könnten, wie ungern  
ich mich an die Aufzeichnungen machte, damit ich um so leicht-  
ter dem Vorwurf törichter Anmaßung entgehe, ich hätte mich  
mitten in die Berichte Cäsars hineingeschoben! Es ist nämlich  
eine allbekannte Tatsache, daß von anderen Schriftstellern  
nichts so kunstvoll zustande gebracht wurde, um nicht von der  
Vollendung der Berichte Cäsars in den Schatten gestellt zu  
werden. Sie erschienen, damit den Historikern die Kenntnis der  
so gewaltigen Ereignisse nicht fehle, und fanden bei allen so  
hohe Anerkennung, daß die Möglichkeit zu gleicher Darstel-  
lung den Geschichtsschreibern vorweggenommen und nicht  
gegeben zu sein scheint. Indes ist unser Staunen darüber noch  
größer als das der anderen. Denn sie wissen nur, wie gut und  
gefeilt, wir aber, wie er sie auch leicht und rasch vollendete,  
Cäsar besaß neben höchster und allerfeinster Darstellungskunst  
die eingehendste Sachkenntnis, um uns seine eigenen Ent-  
schlüsse zu erklären. Ich dagegen hatte nicht einmal die Ge-

drino atque Africano bello interessem; quae bella quamquam ex parte nobis Caesaris sermone sunt nota, tamen aliter audimus ea, quae rerum novitate aut admiratione nos capiunt, aliter, quae pro testimonio sumus dicturi. sed ego nimirum dum omnes excusationis causas colligo, ne cum Caesare conferar, hoc ipso crimen arrogantiae subeo, quod me iudicio cuiusquam existimem posse cum Caesare comparari. vale.

1.

Omni Gallia devicta Caesar cum a superiore aestate nullum bellandi tempus intermisisset militesque hibernorum quiete reficere a tantis laboribus vellet, complures eodem tempore civitates renovare belli consilia nuntiabantur coniurationesque facere. cuius rei verisimilis causa adferebatur, quod Gallis omnibus cognitum esset neque ulla multitudine in unum locum coacta resisti posse [a] Romanis nec, si diversa bella complures eodem tempore intulissent civitates, satis auxilii aut spatii aut copiarum habiturum exercitum populi Romani ad omnia persequenda; non esse autem alicui civitati sortem incommodi recusandam, si tali mora reliquae possent se vindicare in libertatem.

2.

Quae ne opinio Gallorum confirmaretur, Caesar Marcum Antonium quaestorem suis praefecit hibernis. ipse cum equitum praesidio pridie Kalendas Ianuarias ab oppido Bibracte proficiscitur ad legionem XIII, quam non longe a finibus Haeduorum conlocaverat in finibus Biturigum, eique adiungit legionem undecimam, quae proxima fuerat. binis cohortibus ad impedimenta tuenda relictis reliquum exercitum in copiosissimos agros Biturigum inducit, qui cum latos fines et complura oppida haberent, unius legionis hibernis non potuerant contineri, quin bellum pararent coniurationesque facerent.

legenheit, am Alexandrinischen und Afrikanischen Krieg teilzunehmen. Zwar sind uns diese Kriege aus den Gesprächen mit Cäsar zum Teil bekannt. Aber wir hören doch solche Dinge, die uns infolge ihrer Unerhörtheit oder unseres Staunens beeindruckten, mit ganz anderen Ohren als solche, die wir als schriftliches Zeugnis darstellen sollen. Aber zweifelsohne setze ich mich, während ich alle Entschuldigungsgründe zusammenstelle, um nicht mit Cäsar verglichen zu werden, gerade dadurch dem Vorwurf der Anmaßung aus, ich könnte mir einbilden, daß ich auf Grund des Urteils eines Lesers mit einem Cäsar verglichen werde. Lebe wohl!

Nach dem völligen Sieg über ganz Gallien wollte Cäsar, da er seit dem letzten Sommer ununterbrochen gekämpft hatte, seiner Truppe nach den schweren Strapazen Ruhe in ihren Winterquartieren gönnen. Da traf die Meldung ein, daß mehrere Stämme gleichzeitig von neuem Kriegspläne hegten und sich verschworen. Als wahrscheinlicher Grund hierfür wurde angegeben, daß alle Gallier die Erfahrung gemacht hätten, daß sie mit einer an einem Ort zusammengezogenen Heeresmacht den Römern nicht die Stirn bieten könnten, daß aber das römische Heer, wenn mehrere Stämme zu gleicher Zeit in verschiedenen Gegenden kämpften, keine ausreichenden Hilfsmittel, keine ausreichende Ausdehnungsmöglichkeit und keine ausreichenden Truppenverbände haben werde, alle Kämpfe zugleich zu bestehen. Kein Stamm aber dürfe sich gegen das auf ihn fallende Los, Nachteile auf sich zu nehmen, sträuben, wenn die übrigen in der Zwischenzeit die Freiheit erkämpfen könnten.

Um nicht diese gallische Ansicht zu bestärken, unterstellte Cäsar sein Winterlager dem Kommando des Quästors Marcus Antonius, begab sich selbst unter dem Schutz einer Reiterabteilung am 31. Dezember von Bibracte zur 13. Legion, die er nahe der Grenze der Häduer im Gebiet der Biturigen ins Quartier gelegt hatte, und vereinigte mit ihr die Elfer, die in der Nähe überwinterten. Je zwei Kohorten ließ er zur Sicherung des Trosses zurück und führte das übrige Heer in das überaus reiche Land der Biturigen, die ein großes Gebiet beherrschten, mehrere Städte besaßen und sich daher durch das Winterlager einer einzigen Legion nicht hatten abhalten lassen, zum Krieg zu rüsten und eine Verschwörung anzuzetteln.

3.

Repentino adventu Caesaris accidit – quod imparatis deiectisque accidere fuit necesse –, ut sine timore ullo rura colentes prius ab equitatu opprimerentur, quam confugere in oppida possent. namque etiam illud vulgare incursionis hostium signum, quod incendiis aedificiorum intellegi consuevit, Caesaris id erat interdicto sublatum, ne aut copia pabuli frumentique, si longius progredi vellet, deficeretur, aut hostes incendiis terrerentur. multis hominum milibus captis perterriti Bituriges, qui primum adventum potuerant effugere Romanorum, in finitimas civitates aut privatis hospitiiis confisi aut societate consiliorum confugerant. frustra: nam Caesar magnis itineribus omnibus locis occurrit nec dat ulli civitati spatium de aliena potius quam de domestica salute cogitandi. qua celeritate et fideles amicos retinebat et dubitantes terrore ad condiciones pacis adducebat. tali conditione proposita Bituriges cum sibi viderent clementia Caesaris reditum patere in eius amicitiam finitimasque civitates sine ulla poena dedisse obsides atque in fidem receptas esse, idem fecerunt.

4.

Caesar militibus pro tanto labore ac patientia, qui brumalibus diebus itineribus difficillimis frigoribus intolerandis studiosissime permanserant in labore, ducentos sestertios, centurionibus tota milia nummum praedae nomine condonata pollicetur legionibusque in hiberna remissis ipse se recipit die xxxix Bibracte. ibi cum ius diceret, Bituriges ad eum legatos mittunt auxilium petatum contra Carnutes, quos intulisse bellum sibi querebantur. qua re cognita cum dies non amplius decem et octo in hibernis esset moratus, legiones XIII et sextam ex hibernis ab Arari educit, quas ibi conlocatas explicandae rei frumentariae causa superiore commentario demonstratum est. ita cum

Infolge des plötzlichen Auftauchens Cäsars kam es dazu – bei der unvorbereiteten und mutlosen Bevölkerung war das unausbleiblich –, daß die ohne jede Furcht die Felder bestellenden Biturigen, noch bevor sie Zuflucht in den Städten suchen konnten, von den Reitern überrumpelt wurden. Denn auch das gewohnte Warnzeichen eines feindlichen Einfalls, den man sonst aus den Rauchsäulen der Häuser schließen kann, war durch ein Verbot Cäsars ausgeschaltet. Er sollte selber nicht, falls er weiter vorrücken wollte, durch Mangel an Futter und Lebensmitteln in Not geraten, und die Feinde sollten durch die Feuerbrünste nicht gewarnt werden. Als viele Tausende von ihnen in Gefangenschaft geraten waren, waren die in Schrecken gejagten Biturigen, die beim ersten Anrücken der Römer entkommen konnten, im Vertrauen auf persönliche Freundschaft oder Mitwisserschaft ihrer Pläne zu den benachbarten Stämmen geflohen. Doch vergeblich. In Eilmärschen erschien Cäsar überall und ließ keinem Stamme die Zeit, vor der eigenen Rettung an die Rettung anderer zu denken. Durch dieses rasche Durchgreifen sicherte er sich die Treue seiner Anhänger und zwang durch Einschüchterung die noch Schwankenden zu Friedensbedingungen. Als die Biturigen bei einer solchen Sachlage sahen, daß bei Cäsars Milde auch ihnen die Rückkehr in ein Freundschaftsverhältnis mit ihm offen stehe, die Nachbarstämme ohne weitere Buße nur Geiseln zu stellen brauchten und wieder als Verbündete aufgenommen wurden, machten sie es genau so.

Cäsar versprach seinen Soldaten für ihre so schweren Strapazen und ihre Ausdauer – sie hatten im tiefsten Winter bei anstrengendsten Märschen und unerträglicher Kälte aufs zäheste durchgehalten – je 200, den Centurionen je 1000 Sesterzen als Beutegeld. Die Legionen schickte er wieder in ihre Winterlager und begab sich nach einer vierzigtägigen Abwesenheit zurück nach Bibracte. Als er dort Gerichtstage abhielt, schickten die Biturigen Gesandte zu ihm und baten um Hilfe gegen die Carnuten, die, wie sie sich beschwerten, über sie hergefallen seien. Auf diese Meldung hin ließ er nach einem Aufenthalt von nur 18 Tagen im Winterquartier die Vierzehner und Sechser aus ihren Winterlagern von der Saône abrücken. Wie im vorigen Buche berichtet, hatte er sie dort einquartiert, um die Pro-

duabus legionibus ad persequendos Carnutes proficiscitur.

5.

Cum fama exercitus ad hostes esset perlata, calamitate ceterorum ducti Carnutes desertis vicis oppidisque, quae tolerandae hiemis causa constitutis repente exiguis ad necessitatem aedificiis incolebant — nuper enim devicti complura oppida dimiserant —, dispersi profugiunt. Caesar erumpentes eo maxime tempore acerrimas tempestates cum subire milites nollet, in oppido Carnutum Cenabo castra ponit atque in tecta partim Gallorum, partim quae conlatis celementer stramentis tentoriorum integendorum gratia erant inaedificata, milites conpegit. equites tamen et auxiliosos pedites in omnes partes mittit, quascumque petisse dicebantur hostes; nec frustra: nam plerumque magna praeda potiti nostri revertuntur. oppressi Carnutes hiemis difficultate, terrore periculi, cum tectis expulsi nullo loco diutius consistere audent nec silvarum praesidio tempestatibus durissimis tegi possent, dispersi magna parte amissa suorum dissi-pantur in finitimas civitates.

6.

Caesar tempore anni difficillimo, cum satis haberet convenientes manus dissipare, ne quod initium belli nasceretur, quantumque in ratione esset, exploratum haberet sub tempus aestivorum nullum summum bellum posse conflari, Gaium Trebonium cum duabus legionibus, quas secum habebat, in hibernis Cenabi conlocavit; ipse cum crebris legationibus Remorum certior fieret Bellovacos, qui belli gloria Gallos omnes Belgasque praestabant finitimasque his civitates duce Correo Bellovaco et Commio Atrebatate exercitus comparare atque in unum locum cogere, ut omni multitudine in fines Suessionum, qui Remis erant attributi, facerent impressionem, pertinere autem non

viantzufuhr zu sichern. So brach er mit den zwei Legionen zur Bestrafung der Carnuten auf.

Als das Gerücht von dem Anmarsch unseres Heeres zu den Feinden drang, gaben sie, beeindruckt durch die Niederlage der anderen, ihre Dörfer und festen Plätze auf (sie hausten, um der Winterkälte zu begegnen, in schnell und nur notdürftig hergestellten kleinen Hütten, da sie, erst kürzlich geschlagen, mehrere ihrer festen Plätze verloren hatten) und flohen in alle Himmelsrichtungen. Cäsar wollte seine Truppe nicht den besonders um diese Jahreszeit<sup>342</sup>) ausbrechenden, sehr heftigen Winterstürmen aussetzen; daher schlug er in der Carnutenstadt Cenabum ein Lager auf und legte die Soldaten gedrängt z. T. in die Häuser der Gallier, z. T. in mit schnell herbeigeholtem Stroh bedeckte Hütten, die an die gallischen Häuser angebaut wurden. Reiter jedoch und nicht berittene Hilfstruppen schickte er überall hin, wohin sich, wie es hieß, die Feinde zurückgezogen hatten. Nicht vergeblich: Denn meistens kehrten unsere Abteilungen schwer mit Beute beladen zurück. Die überraschten Carnuten wagten bei der Härte des Winters, infolge ihrer Angst vor der Gefahr und aus ihren Unterkünften vertrieben, nirgends länger zu verweilen, und fanden vor den eisigen Stürmen auch in den Wäldern keinen Schutz. Nach schweren Verlusten verstreuten sie sich daher in die Gebiete der benachbarten Stämme.

Cäsar begnügte sich damit, in der unwirtschaftlichsten Jahreszeit die sich zusammenrottenden Feindhaufen zu zersprengen, um den Ausbruch großer Kämpfe zu verhindern, und hatte auch erkundet, daß nach Menschenermessen auch unmittelbar vor dem Einsetzen der warmen Jahreszeit kein ernsthafter Krieg entstehen könne. Daher legte er die zwei Legionen, die er bei sich hatte, unter dem Kommando des Gaius Trebonius in Cenabum ins Winterquartier. Da er selbst durch wiederholte Gesandtschaften der Remer in Kenntnis gesetzt wurde, daß die Bellovaker, die an Kriegsrühm alle Gallier und Belger übertrafen, und die ihnen benachbarten Stämme unter Führung des Bellovakers Correo und des Atrebataten Commius Heere aushoben und zusammenzogen, um mit der gesamten Heeresmacht in das Gebiet der den Remern zugeteilten Suessionen<sup>343</sup>)

tantum ad dignitatem, sed etiam ad salutem suam iudicaret nullam calamitatem socios optime de re publica meritos accipere, legionem ex hibernis evocat rursus undecimam, litteras autem ad Gaium Fabium mittit, ut in fines Suessionum legiones duas, quas habebat, adduceret, alteramque ex duabus a Tito Labieno arcessit. ita quantum hibernorum opportunitas bellique ratio postulabat, perpetuo suo labore invicem legionibus expeditionum onus iniungebat.

7.

His copiis coactis ad Bellovacos proficiscitur castrisque in eorum finibus positis equitum turmas dimittit in omnes partes ad aliquos excipiendos, ex quibus hostium consilia cognosceret. equites officio functi renuntiant paucos in aedificiis esse inventos atque hos non, qui agrorum colendorum causa remansissent – namque esse undique diligenter demigratum –, sed qui speculandi causa essent remissi. a quibus cum quaereret Caesar, quo loco multitudo esset Bellovacorum quodve esset consilium eorum, inveniebat Bellovacos omnes, qui arma ferre possent, in unum locum convenisse, itemque Ambianos, Aulercos, Caletos, Veliocasses, Atrebates; locum castris excelsum in silva circumdata palude delegisse, impedimenta omnia in ultiores silvas contulisse. complures esse principes belli auctores, sed multitudinem maxime Correo obtemperare, quod ei summo esse odio nomen populi Romani intellexissent. paucis ante diebus ex his castris Atrebatem Commium discessisse ad auxilia Germanorum adducenda, quorum et vicinitas propinqua et multitudo esset infinita. constituisse autem Bellovacos omnium principum consensu, summa plebis cupiditate, si, ut diceretur, Caesar cum tribus legionibus veniret, sese offerre ad dimicandum, ne miseriore ac duriore postea condicione cum toto exercitu decertare cogentur; si maiores copias adduceret, in eo

einzufallen, glaubte er, nicht nur die Ehre, sondern auch seine Sicherheit erfordere es, daß die um den römischen Staat hochverdienten Bundesgenossen keinen Schaden erleiden dürften. Deswegen berief er die Elfer abermals aus dem Winterquartier zurück. Gaius Fabius aber gab er den schriftlichen Befehl, mit seinen zwei Legionen in das Land der Suessionen zu rücken, und holte auch noch eine der beiden Legionen des Titus Labienus heran. So bürdete er, so wie es die günstige Lage der Winterlager und die Kriegsführung erforderte, unter andauernden Strapazen für seine eigene Person den Legionen abwechselnd die Last kriegerischer Unternehmungen auf.

Nach Zusammenziehung dieser Truppen rückte er gegen die Bellovaker vor, schlug in ihrem Land ein Lager auf und sandte in alle Richtungen Reiterschwadronen aus, um Feinde abzufangen und von ihnen ihre Pläne zu erfahren. Die Reiter erledigten ihren Auftrag und meldeten, daß in den Gehöften nur wenige Mann angetroffen wurden, die nicht um der Bestellung der Felder willen zurückgeblieben seien – die Räumung sei überall mit großer Umsicht vollzogen worden –, sondern als Späherpatrouillen wieder zurückgeschickt worden seien. Als Cäsar sie fragte, wo die Hauptmacht der Bellovaker stehe und was sie beabsichtigten, erfuhr er, daß alle Waffenfähigen und ebenso die Ambianer, Aulerker, Caleten, Veliocasser und Atrebaten sich an einem Platz vereinigt hätten. Für ihr Lager<sup>344</sup>) hätten sie eine Anhöhe in einem von Sümpfen eingeschlossenen Walde ausgesucht und ihren gesamten Train tiefer in die Wälder gebracht. Mehrere Stammesfürsten seien die Anstifter des Krieges, die Masse aber höre vor allem auf Correo, weil sie wisse, daß er den römischen Namen zutiefst hasse. Vor wenigen Tagen sei der Atrebate Commius aus dem Lager gerückt, um Hilfstruppen von den Germanen heranzuholen, die an der Grenze seßhaft seien und über ungezählte Menschenmengen verfügten. Unter Zustimmung aller Fürsten und höchster Begeisterung des Volkes hätten die Bellovaker den Kriegsplan gefaßt, sich Cäsar zum Kampfe zu stellen, wenn er, wie es hieß, mit nur drei Legionen anmarschiere. Sie wollten sich nicht gezwungen sehen, später unter ungünstigeren und härteren Bedingungen mit allen seinen Truppen zu kämpfen. Sollte er aber mit größerer Streitmacht anrücken, wollten sie an dem von

loco permanere, quem delegissent, pabulatione autem, quae propter anni tempus cum exigua tum disiecta esset, et frumentatione et reliquo commeatu ex insidiis prohibere Romanos.

8.

Quae Caesar consentientibus pluribus cum cognosset atque ea, quae proponerentur consilia, plena prudentiae longèque a temeritate barbarorum remota esse iudicaret, omnibus rebus inserviendum statuit, quo celerius hostes contempta suorum paucitate prodirent in aciem. singularis enim virtutis veterimas legiones VII VIII VIII habebat, summae spei delectaque iuventutis XI, quae octavo iam stipendio tamen in conlatione reliquarum nondum eandem vetustatis ac virtutis ceperat opinionem. itaque consilio advocato rebus iis, quae ad se essent delatae, omnibus expositis animos multitudinis confirmat. si forte hostes trium legionum numero posset elicere ad dimicandum, agminis ordinem ita constituit, ut legio VII VIII VIII ante omnia irent impedimenta, deinde omnium impedimentorum agmen, quod tamen erat mediocre, ut in expeditionibus esse consuevit, cogeret XI, ne maioris multitudinis species accidere hostibus posset quam ipsi depoposcissent. hac ratione paene quadrato agmine instructo in conspectum hostium celerius opinione eorum exercitum adducit.

9.

Quas legiones repente instructas velut in acie certo gradu accedere Galli cum viderent, quorum erant ad Caesarem plena fiduciae consilia perlata, sive certaminis periculo, sive subito adventu, sive exspectatione nostri consilii copias instruunt pro castris nec loco superiore decedunt. Caesar etsi dimicare optaverat, tamen admiratus tantam multitudinem hostium valle intermissa magis in altitudinem depressa quam late

ihnen ausgesuchten Ort verbleiben, aber aus Hinterhalten die Römer am Einholen des Futters – es sei ja wegen der Jahreszeit nur spärlich und vereinzelt vorzufinden –, des Getreides und der übrigen Zufuhr hindern.

Als dies Cäsar aus den überwiegend übereinstimmenden Aussagen feststellte und schloß, daß der ausgeheckte Kriegsplan recht klug und weit entfernt von der üblichen Unbesonnenheit der Barbaren war, beschloß er, es auf jede Weise dahin zu bringen, daß die Feinde in Geringschätzung seiner kleinen Streitmacht um so schneller sich zum Kampfe stellten. Er verfügte nämlich über alterprobte, äußerst tapfere Legionen, die Siebener, Achter, Neuner und dazu die Elfer, die, sich aus zu größten Hoffnungen berechtigenden jungen Mannschaften zusammensetzend, zwar schon das achte Jahr dienten, aber, mit den anderen verglichen, noch nicht den gleichen Ruf altbewährter Tapferkeit genossen. Er berief also einen Soldatenappell, setzte in ihm die ihm berichteten Vorgänge auseinander und entflamte den Mut der Truppe. Für den Fall, daß es ihm gelinge, mit nur drei Legionen die Feinde zum Kampfe zu stellen, ordnete er den Heereszug so an, daß die 7., 8. und 9. Legion vor dem gesamten Train marschierte, dann die freilich nicht allzu große Trainkolonne folgte – es war das auf seinen Kriegszügen so üblich –, und daß die Elfer den Zug beschloss, damit nicht der Anblick einer größeren Streitmacht als derjenigen, die der Feind zum Kampfe herausgefordert hätte, ihm in die Augen springe. So führte er sein Heer fast in Carreeformierung schneller in den Gesichtskreis des Feindes, als dieser es erwartet hatte.

Als die Gallier, deren hoffnungsvolle Pläne Cäsar verraten worden waren, diese plötzlich zum Kampf Formierten festen Schrittes anrücken sahen, stellten sie, entweder durch das Risiko einer Schlacht oder durch unser plötzliches Anrücken erschreckt, oder auch in Erwartung unserer Absichten ihre Truppen vor dem Lager in Kampfstellung auf, ohne die Höhe zu räumen. Obwohl Cäsar den Kampf gewünscht hatte, schlug er dennoch, über das so gewaltige Aufgebot des Feindes verblüfft, ihm gegenüber ein Lager<sup>345</sup>) auf, das durch eine mehr tiefe als breite

patente castra castris hostium confert. haec imperat  
 vallo pedum duodecim muniri, loriculam pro [hac]  
 ratione eius altitudinis inaedificari, fossam duplicem  
 pedum quinum denum lateribus deprimi derectis,  
 turres excitari crebras in altitudinem trium tabulato-  
 rum, pontibus traiectis constratisque coniungi, quo-  
 rum frontes viminea lorica munirentur, ut ab hosti-  
 bus duplici fossa, duplici propugnatorum ordine de-  
 fenderentur, quorum alter ex pontibus, quo tutior  
 altitudine esset, hoc audacius longiusque permitteret  
 tela, alter, qui propior hostem in ipso vallo conlocatus  
 esset, ponte ab incidentibus telis tegetetur. portis  
 fores altioresque turres imposuit.

## 10.

Huius munitionis duplex erat consilium. namque  
 et operum magnitudinem et timorem suum sperabat  
 fiduciam barbaris adlaturum et, cum pabulum frum-  
 entatumque longius esset proficiscendum, parvis  
 copiis castra munitione ipsa videbat posse defendi.  
 interim crebro paucis utrimque procurrentibus inter  
 bina castra palude interiecta contendebatur. quam  
 tamen paludem nonnumquam aut nostra auxilia  
 [aut] Gallorum Germanorumque transibant acris-  
 que hostes insequabantur, aut vicissim hostes eadem  
 transgressi nostros longius submovebant. accidebat  
 autem cotidianis pabulationibus – id quod accidebat  
 erat necesse –, cum raris disiectisque ex aedificiis pa-  
 bulum conquireretur, ut impeditis locis dispersi pa-  
 bulatores circumvenirentur. quae res etsi mediocre  
 detrimentum iumentorum ac servorum nostris ad-  
 ferebat, tamen stultas cogitationes incitabat barba-  
 rorum, atque eo magis, quod Commius, quem profec-  
 tum ad auxilia Germanorum arcessenda docui, cum  
 equitibus venerat. qui tametsi numero non amplius  
 erant quingenti, tamen Germanorum adventu bar-  
 bari inflabantur.

Niederung getrennt war. Er ließ es durch einen 12 Fuß hohen  
 Wall sichern und mit der Höhe entsprechenden Schanzen ver-  
 stärken, zwei je 15 Fuß breite, steil abfallende Gräben ziehen  
 und zahlreiche, drei Stockwerke hohe Lagertürme errichten.  
 Diese ließ er durch überdeckte Laufbrücken verbinden, deren  
 Vorderseiten durch Weidenfaschinen abgeschirmt waren. So  
 war das Lager durch den doppelten Graben und eine doppelte  
 Besatzung gegen den Feind gesichert; die eine konnte von den  
 Laufbrücken aus, je geschützter sie durch deren Höhe war,  
 kühner und weiter ihre Geschosse schleudern; die andere, die  
 näher am Feinde im Graben selbst postiert war, wurde durch  
 die Laufbrücken gegen das Einschlagen seiner Geschosse ge-  
 schirmt. Die Lagerzugänge erhielten Torflügel und hohe Wehr-  
 türme.

Mit dieser Anlage verfolgte Cäsar eine doppelte Absicht: er  
 hoffte, daß gerade ihre Mächtigkeit nur seine Furcht verraten  
 und so die Zuversicht der Feinde bestärken werde. Wenn man  
 aber, um Futter und Proviant zu holen, weiter ausrücken  
 müsse, konnte das Lager, wie er sah, infolge seiner Befestigung  
 von nur wenigen Leuten gehalten werden. Inzwischen kam es  
 häufig, wenn von beiden Seiten einige wenige Mann vorstürm-  
 ten, zwischen den beiden Lagern in der Sumpfniederung zu  
 kleinen Plänkeleien. Doch bisweilen überquerten auch unsere  
 gallischen und germanischen Hilfstruppen den Sumpf und  
 setzten dem Feinde ärger zu, oder dieser durchschritt ihn  
 seinerseits und drängte unsere Soldaten weiter zurück. Beim  
 täglichen Futterholen – es mußte ja so kommen – geschah es  
 öfter, daß unsere Leute, da sie aus den nur vereinzelt und  
 verstreuten Gehöften die Vorräte holten, in ungünstigem Ge-  
 lände zersplittert, umzingelt wurden. Zwar brachte das nur  
 mäßige Verluste an Zugvieh und Troßknechten mit sich, be-  
 stärkte aber die törichten Vorstellungen der Barbaren, um so  
 mehr, als Commius, der, wie erwähnt<sup>246</sup>, aufgebrochen war,  
 um germanische Hilfstruppen heranzuholen, mit einer Reiter-  
 abteilung zurückgekehrt war. Freilich waren es kaum 500 Mann,  
 aber ihr Eintreffen fachte doch den Kampfesifer der Feinde an.

11.

Caesar cum animadverteret hostem complures dies castris palude et loci natura munitis se tenere neque oppugnari castra eorum sine dimicatione perniciose nec locum munitioibus claudi nisi a maiore exercitu posse, litteras ad Trebonium mittit, ut quam celerrime posset legionem XIII, quae cum T. Sextio legato in Biturigibus hiemabat, arcesseret atque ita cum tribus legionibus magnis itineribus ad se veniret. ipse equites invicem Remorum ac Lingonum reliquarumque civitatum, quorum magnum numerum evocaverat, praesidio pabulationibus mittit, qui subitas incursiones hostium sustinerent.

12.

Quod cum cotidie fieret ac iam consuetudine diligentia minueretur – quod plerumque accidit diuturnitate –, Bellovaci delecta manu peditum cognitis stationibus cotidianis equitum nostrorum silvestribus locis insidias disponunt eodemque equites postero die mittunt, qui primum elicerent nostros in insidias, deinde circumventos adgrederentur. cuius mali sors incidit Remis, quibus ille dies fungendi muneris obvenerat. namque hi cum repente hostium equites animadvertissent ac numero superiores paucitatem contempsissent, cupidius insecuti a peditibus undique sunt circumdati. quo facto perturbati celerius, quam consuetudo fert equestris proelii, se receperunt amisso Vertisco principe civitatis, praefecto equitum. qui cum vix equo propter aetatem posset uti, tamen consuetudine Gallorum neque aetatis excusatione in suscipienda praefectura usus erat neque dimicari sine se voluerat. inflantur atque incitantur hostium animi secundo proelio, principe et praefecto Remorum interfecto, nostrisque detrimento admonentur diligentius exploratis locis stationes disponere ac moderatius cedentem insequi hostem.

Als Cäsar sah, daß sie sich eine Reihe von Tagen in ihrem durch den Sumpf und das Gelände geschützten Lager hielten, dieses nicht ohne verlustreichen Kampf gestürmt und nur von einem größeren Heer durch Einschließung genommen werden könne, gab er Trebonius<sup>347)</sup> den schriftlichen Befehl, er solle so schnell wie möglich die 13. Legion, die unter dem Legaten Titus Sextius im Biturigenland im Winterquartier lag, heranziehen und selbst dann mit den drei Legionen in Eilmärschen zu ihm stoßen. Die Reiter der Remer, Lingonen und anderer Stämme, die er in großer Zahl aufgeboden hatte, gab er abwechselnd den Futterholern als Deckung bei, um plötzliche feindliche Überfälle abzuwehren.

Das geschah fast täglich, und schon ließ, wie es bei langer Dauer meistens der Fall ist, infolge der Gewöhnung die Umsicht nach. Da legten die Bellovaker, die die täglichen Stellungen unserer Reiter erkundet hatten, mit einer ausgesuchten Abteilung von Fußtruppen im Walde einen Hinterhalt und schickten am folgenden Tage an die gleiche Stelle ihre Reiter aus, um unsere zunächst in ihren Hinterhalt zu locken, sie dann einzuschließen und anzugreifen. Die Remer, denen an diesem Tage der Dienst oblag, traf das Unglückslos. Als sie nämlich plötzlich die feindlichen Reiter sichteten und, an Zahl überlegen, deren geringe Anzahl mißachteten, drängten sie allzu ungestüm nach und wurden vom feindlichen Fußvolk auf allen Seiten eingeschlossen. Hierdurch in Panik versetzt, zogen sie sich schneller, als es sonst bei einem Reiterkampf die Regel ist, zurück und verloren dabei ihren Fürsten und Führer Vertiscus<sup>348)</sup>. Dieser, wegen seines hohen Alters kaum noch zum Reiten fähig, hatte es bei der Übernahme der Führung nach gallischem Brauch nicht als Entschuldigung vorgeschützt und nicht gewollt, daß ohne ihn gekämpft werde. Durch das für sie glückliche Gefecht entflammte der Mut der Feinde aufs neue, zumal der Fürst und Führer der Remer gefallen war. Unsere Truppe wurde aber durch die Schlappe gemahnt, das Gelände sorgfältiger zu erkunden, erst dann die Reiterposten zu verteilen und dem weichenden Feind besonnener nachzudrängen.

<sup>14</sup> Caesar, Gallischer Krieg

13.

Non intermittunt interim cotidiana proelia in conspectu utrorumque castrorum, quae ad vada transitusque fiebant paludis. qua contentione Germani, quos propterea Caesar traduxerat Rhenum, ut equitibus interpositi proeliarentur, cum constantius universi paludem transissent paucisque resistentibus interfectis pertinacius reliquam multitudinem essent insecuti, perterriti non solum ii, qui aut comminus opprimebantur aut eminus vulnerabantur, sed etiam, qui longius subsidiari consueverant, turpiter refugerunt nec prius finem fugae fecerunt saepe amissis superioribus locis, quam se aut in castra suorum recipere aut nonnulli pudore coacti longius profugerent. quorum periculo sic omnes copiae sunt perturbatae, ut vix iudicari posset, utrum secundis parvulis rebus insolentiores an adverso mediocri casu timidiores essent.

14.

Compluribus diebus isdem (in) castris consumptis, cum propius accessisse legiones et Gaium Trebonium legatum cognosset, duces Bellovacorum veriti similem obsessionem Alesiae noctu dimittunt eos, quos aut aetate aut viribus inferiores aut inermes habebant, unaque reliqua impedimenta. quorum perturbatum et confusum dum explicant agmen – magna enim multitudo carrorum etiam expeditos sequi Gallos consuevit –, oppressi luce copias armatorum pro suis instruunt castris, ne prius Romani persequi se inciperent quam longius agmen impedimentorum suorum processisset. at Caesar neque resistentes adgrediundos tanto collis ascensu iudicabat neque non usque eo legiones admovendas, ut discedere ex eo loco sine periculo barbari militibus instantibus non possent. ita, cum palude impedita a castris castra dividi videret, quae transeundi difficultas celeritatem insequendi

Das tägliche Geplänkel angesichts beider Lager an den passierbaren Sumpfstellen riß inzwischen nicht ab. Bei diesem Kampfe bahnten sich die Germanen, die Cäsar über den Rhein herangeholt hatte, um sie zwischen den Reitern<sup>349)</sup> im Kampf einzusetzen, in geschlossener Masse zäher den Weg durch den Sumpf, erledigten die wenigen, die Widerstand leisteten, und setzten hartnäckiger den übrigen Feinden zu. Da ergriffen diese, nicht nur die im Nahkampf Überwältigten oder durch Ferngeschosse Verwundeten, sondern auch die in größerer Entfernung in Reservestellung, wie üblich, Wartenden voller Schrecken schmählich die Flucht und hörten unter Räumung zahlreicher Anhöhen nicht eher zu fliehen auf, bis sie in ihrem Lager Aufnahme fanden oder aus Scham sogar noch weiter flohen. Die Gefahr, in der diese Leute waren, setzte alle Feindtruppen so sehr in Panik, daß man kaum entscheiden konnte, ob ein auch noch so kleiner Erfolg ihren Mut mehr bestärkte oder eine auch nur geringe Schlappe ihn mehr lähmte.

Als die Bellovaker einige Tage in diesem Lager verblieben waren und erfahren hatten, daß die Legionen unter Führung des Legaten Gaius Trebonius schon ziemlich nahe seien, befürchteten ihre Führer eine Belagerung ähnlich der von Alesia und entließen deshalb nachts alle alten Leute, die nicht mehr Widerstandsfähigen und der Kampftruppe nicht Angehörigen zusammen mit dem übrigen Troß. Während sie diesen von Bestürzung und Verwirrung beherrschten Zug – ein großer Wagenpark pflegte sogar den gallischen Feldtruppen zu folgen – ordneten, stellten sie, von der Morgendämmerung überrascht, bewaffnete Abteilungen vor ihrem Lager in Kampfstellung auf, damit die Römer mit ihrer Verfolgung nicht früher begännen, als bis ihre Wagenkolonnen einen großen Vorsprung hätten. Cäsar war der Ansicht, ihren Widerstand wegen der so starken Abschüssigkeit der Anhöhen<sup>350)</sup> nicht herausfordern zu dürfen, anderseits aber die Legionen so weit vorrücken zu lassen, daß die Barbaren beim Vordringen unserer Truppen diesen Platz nicht ohne eigene Gefahr räumen könnten. Da er sah, daß die beiden Lager durch den unzugänglichen Sumpf geschieden waren (diese Erschwerung des Durchquerens konnte die Schnel-

tardare posset, atque id iugum, quod trans paludem paene ad hostium castra pertineret, mediocri valle a castris eorum intercisum animadverteret, pontibus palude constrata legiones traducit celeriterque in summam planitiem iugi pervenit, quae declivi fastigio duobus ab lateribus muniatur. ibi legionibus instructis ad ultimum iugum pervenit aciemque eo loco constituit, unde tormento missa tela in hostium cuneos conici possent.

15.

Barbari confisi loci natura cum dimicare non recusarent, si forte Romani subire collem conarentur, paulatimque copias distributas dimittere non audent, ne dispersi perturbarentur, in acie permanserunt. quorum pertinacia cognita Caesar xx cohortibus instructis castrisque eo loco metatis muniri iubet castra. absolutis operibus pro vallo legiones instructas conlocat, equites frenatis equis in stationibus disponit. Bellovaci cum Romanos ad insequendum paratos viderent neque pernoctare aut diutius remanere sine periculo eodem loco possent, tale consilium sui recipiendi ceperunt. fascis, ubi consederant, – namque in acie considere Gallos consuesse superioribus commentariis Caesaris declaratum est –, per manus stramentorum ac virgultorum, quorum summa erat in castris copia, inter se traditos ante aciem conlocaverunt extremoque tempore diei signo pronuntiato uno tempore incenderunt. ita continens flamma copias omnes repente a conspectu textit Romanorum. quod ubi accidit, barbari vehementissimo cursu refugerunt.

16.

Caesar etsi discessum hostium animadvertere non poterat incendiis oppositis, tamen id consilium cum fugae causa initum suspicaretur, legiones promovet, turmas mittit ad insequendum; ipse veritus insidias,

ligkeit der Verfolger verzögern) und feststellte, daß der Bergrücken der auf der anderen Seite des Sumpfes sich fast bis zum Feindlager erstreckte, unmittelbar von diesem durch eine kleine Senke getrennt wurde, ließ er über den Sumpf einen Knüppeldamm legen, führte schnell die Legionen hinüber und rückte auf die Hochfläche der Anhöhe, die durch Steilabfälle auf beiden Seiten gesichert war. Dort drang er mit seinen Legionen in Gefechtsstellung bis an das Ende des Bergrückens vor und formierte sich zum Kampfe an einem Platz, von dem aus er mit seinen Geschützen Geschosse in die keilförmig aufgestellten Feinde herabschleudern konnte.

Da die Barbaren im Vertrauen auf den Schutz, den ihnen das Gelände bot, einem Kampf nicht auswichen, falls die Römer ihre Anhöhe zu erklimmen versuchten, andererseits aber nicht nach und nach ihre Kampfverbände aufzulösen und abziehen zu lassen wagten, damit sie nicht aufgelöst in Unordnung gerieselten, verblieben sie in ihrer keilförmigen Formation. Cäsar bemerkte ihr hartnäckiges Verharren, stellte zwanzig Kohorten in Angriffsstellung auf und gab den Befehl, an dieser Stelle ein befestigtes Lager abzustecken und anzulegen. Nach seiner Fertigstellung ließ er die Legionen vor dem Lagerwall in Kampfstellung gehen und verteilte die Reiter mit aufgezäumten Rossen auf die verschiedenen Posten. Als die Bellovaker die Römer zur Verfolgung bereit sahen und in ihrer Stellung die Nacht hindurch und länger nicht ungefährdet verbleiben konnten, faßten sie folgenden Rückzugsplan: Wo sie lagerten – wie in den vorausgehenden Büchern Cäsars aufgezeigt wurde, pflegten die Gallier so, wie sie in Kampfstellung stehen, auch zu lagern –, reichten sie von Hand zu Hand Stroh- und Reisigbündel, die sie in Unmengen im Lager hatten, legten sie vor ihrer Front nieder und steckten sie am Spätabend auf ein gegebenes Signal zu gleicher Zeit in Brand. So entzog die zusammenhängende Flammenwand all ihre Truppen auf einen Schlag der Sicht der Römer, und schleunigst machten sie sich aus dem Staub.

Obwohl Cäsar infolge des Rauchqualms den Abzug der Feinde nicht wahrnehmen konnte, vermutete er doch, daß ihre Maßnahme zur Verschleierung der Flucht getroffen wurde. Daher ließ er die Legionen aufbrechen und die Reiterabteilungen zur Verfolgung vorsprengen. Er selbst rückte langsamer vor aus

ne forte in eodem loco subsistere hostis atque elicere nostros in locum conaretur iniquum, tardius procedit. equites cum intrare fumum et flammam densissimam timerent, ac, si qui cupidius intraverant, vix suorum ipsi priores partes animadverterent equorum, insidias veriti liberam facultatem sui recipiendi Bellovacis dederunt. ita fuga timoris simul calliditatisque plena sine ullo detrimento milia non amplius decem progressi hostes loco munitissimo castra posuerunt. inde cum saepe in insidiis equites peditesque disponerent, magna detrimenta Romanis in pabulationibus inferebant.

17.

Quod cum crebrius accideret, ex captivo quodam comperit Caesar Correum, Bellovacorum ducem, fortissimorum milia sex peditum delegisse equitesque ex omni numero mille, quos in insidiis eo loco conlocaret, quem in locum propter copiam frumenti ac pabuli Romanos pabulatum missuros suspicaretur. quo cognito consilio Caesar legiones plures quam solebat educit equitatumque, qua consuetudine pabulatoribus mittere praesidio consuerat, praemittit; huic interponit auxilia levis armaturae; ipse cum legionibus, quam potest maxime, adpropinquat.

18.

Hostes in insidiis dispositi, cum sibi delegissent campum ad rem gerendam non amplius patentem in omnes partes passibus mille, silvis undique impedimentissimis aut flumine altissimo munitum, velut indagine hunc insidiis circumdederunt. explorato hostium consilio nostri ad proeliandum animo atque armis parati, cum subsequentibus legionibus nullam dimicationem recusarent, turmatim in eum locum devenerunt. quorum adventu cum sibi Correus oblatam occasionem rei gerendae existimaret, primum cum paucis se ostendit atque in proximas turmas impetum fecit.

Besorgnis vor der Hinterhältigkeit, es könne der Feind noch auf seinem Platz stehen und uns auf ungünstiges Gelände zu locken versuchen. Da die Reiter sich scheuten, in die sehr dichten Rauchschwaden hineinzureiten, und einige von ihnen, die sich allzu schneidig vorgewagt hatten, kaum noch die Vordertheile der eigenen Pferde sehen konnten, fürchteten auch sie einen Hinterhalt und ermöglichten dadurch den Bellovakern eine ungehinderte Flucht. So entwichen sie auf einer Flucht voller Angst, aber auch voller Schlaueheit, kamen ohne jeden Verlust an die zehn Meilen voran und schlugen an einem stark gesicherten Platz ein Lager auf. Da sie von dort aus wiederholt Reiter und Fußvolk in Verstecke legten, brachten sie den Römern beim Futterholen empfindliche Verluste bei.

Als sich das wiederholte, erfuhr Cäsar von einem Gefangenen, daß der Bellovakerfürst Correus sechstausend tapferste Soldaten und eintausend Reiter aus der Gesamtzahl ausgesucht hatte, um sie dort in einen Hinterhalt zu legen, wohin seiner Vermutung nach die Römer wegen der dort lagernden großen Futter- und Lebensmittelvorräte ihre Fourageure ausschicken würden. Über seinen Plan informiert, ließ Cäsar mehr Legionen als sonst ausrücken und schickte ihnen die Reiter voraus, die auch sonst immer die Futterholer deckten. Zwischen sie steckte er leichtbewaffnete Hilfstruppen. Er selbst rückte in Eilmärschen mit den Legionen an.

Als sich die im Hinterhalt versteckten Feinde einen im Umkreis nur 1000 Schritt weiten, für den Zweck geeigneten Platz ausgesucht hatten, der zudem durch undurchdringliches Waldesdickicht oder einen sehr tiefen Fluß geschützt war, umstellten sie ihn wie bei einem Kesseltreiben mit ihren Männern. Den Feindplan kennend, waren unsere Truppen mutig und wohlgerüstet zum Einsatz bereit. Sie scheuten, zumal die Legionen nachrückten, den Kampf nicht und sprengten in einzelnen Abteilungen auf diesen Platz. Bei ihrem Auftauchen glaubte Correus, jetzt biete sich ihm die gute Gelegenheit zum Angriff, stürmte anfangs nur mit wenigen Mann heran und stürzte sich auf unsere nächsten Schwadronen. Diese begegneten dem Ansturm der aus dem Hinterhalt Hervorbrechenden tapfer, drängten sich aber nicht allzusehr an einer Stelle zusammen,

nostrī constanter incursum sustinent insidiatorum 4  
neque plures in unum locum conveniunt, quod ple-  
rumque equestribus proeliis cum propter aliquem  
timorem accidit, tum multitudine ipsorum detrimen-  
tum accipitur.

19.

Cum dispositis turmis invicem rari proeliarentur 1  
neque ab lateribus circumveniri suos paterentur, erum-  
punt ceteri Correo proeliante ex silvis. fit magna con-  
tentione diversum proelium. quod cum diutius pari 2  
Marte iniretur, paulatim ex silvis instructa multitudo  
procedit peditum, quae nostros cogit cedere equites.  
quibus celeriter subveniunt levis armaturae pedites,  
quos ante legiones missos esse docui, turmisque nos-  
trorum interpositi constanter proliantur. pugnatur 3  
aliquamdiu pari contentione; deinde ut ratio postula-  
bat proelii, qui sustinuerant primos impetus insidia-  
rum, hoc ipso fiunt superiores, quod nullum ab insidi-  
antibus imprudentes acceperant detrimentum. acce- 4  
dunt propius interim legiones crebrique eodem tem-  
pore et nostris et hostibus nuntii adferuntur impera-  
torem instructis copiis adesse. qua re cognita praesi- 5  
dio cohortium confisi nostri acerrime proeliantur, ne,  
si tardius rem gessissent, victoriae gloriam comunicas-  
se cum legionibus viderentur. hostes concidunt animis 6  
atque itineribus diversis fugam quaerunt. nequiquam:  
nam quibus difficultatibus locorum Romanos claudere  
vulnerant, his ipsi tenebantur. victi tamen perculsi- 7  
que maiore parte amissa quo fors tulerat consternati  
profugiunt partim silvis petitis, partim flumine. qui 8  
tamen in fuga a nostris acriter insequentibus confi-  
ciuntur, cum interim nulla calamitate victus Correas  
excedere proelio silvasque petere aut invitantibus  
nostris ad deditionem potuit adduci, quin fortissime  
proeliando compluresque vulnerando cogeret elatos  
iracundia victores in se tela conicere.

was meistens in Reiterschlachten aus besorgter Vorsicht zu geschehen pflegt und dann infolge des Gedränges zum eigenen Nachteil ausschlägt.

Als unsere Reiter abwechselnd verstreut in verteilten Fähnlein kämpften und verhinderten, auf den Flanken eingeschlossen zu werden, brachen die übrigen Feinde unter Correas, der persönlich mitkämpfte, aus dem Wald hervor. Es kam zu einem erbitterten Kampfe nach allen Seiten hin. Als dieser längere Zeit unentschieden wogte, rückte aus den Wäldern allmählich die bereitstehende Hauptmacht des feindlichen Fußvolkes vor und drängte unsere Reiter zurück. Diesen kamen jetzt schnell die Leichtbewaffneten zur Hilfe, die, wie bereits berichtet, den Legionen vorausgeschickt waren, und kämpften, zwischen unsere Reiterfähnlein gestellt, aufs zäheste. Einige Zeit lang kämpfte man auf beiden Seiten mit gleicher Kraft. Dann – es mußte bei der Kampfart so kommen – gewannen die, welche den ersten Ansturm aus dem Hinterhalt aufgefangen hatten, gerade dadurch die Oberhand, daß sie, von den Überfallenden nicht überrascht, selbst keinerlei Einbuße erlitten hatten. Inzwischen rückten unsere Legionen heran, und gleichzeitig verbreitete sich bei Freund und Feind die Kunde, unser Feldherr sei mit seinen zum Kampf formierten Truppen zur Stelle. Als unsere Leute das hörten, kämpften sie im Vertrauen auf den Beistand der Kohorten mit höchster Tapferkeit, um nicht, falls sie nur zögernd kämpften, den Eindruck zu erwecken, als hätten sie den Siegesruhm mit den Legionen teilen müssen. Bei den Feinden aber zerbrach der Kampfesmut, und sie flohen in alle Himmelsrichtungen. Doch vergeblich. Die Schwierigkeit des Geländes nämlich, mit der sie die Römer in der Falle haben wollten, hielt nun sie selber fest. Überwältigt und völlig geschlagen, verloren sie über die Hälfte ihrer Truppen, flohen völlig kopflos, wohin sie der Zufall führte, und suchten teils in den Wäldern, teils in der Flußniederung Zuflucht. Indessen wurden sie schon auf der Flucht von unseren stürmischen Verfolgern niedergemacht. Correas aber, durch kein Mißgeschick erschüttert, ließ sich nicht dazu bewegen, die Walstatt zu räumen, in die Wälder zu flüchten oder auf unsere Aufforderung sich zu ergeben. Heldenhaft kämpfend und noch mehrere Gegner verwundend, zwang er die zornentflammten Sieger, auf ihn ihre Geschosse zu richten<sup>351</sup>).

20.

Tali modo re gesta recentibus proelii vestigiis ingressus Caesar, cum victos tanta calamitate existimaret hostes nuntio accepto locum castrorum relicturos, quae non longius ab ea caede abesse plus minus VIII milibus dicebantur, tametsi flumine impeditum transitum videbat, tamen exercitu traducto progreditur. at Bellovaci reliquaeque civitates repente ex fuga paucis atque his vulneratis receptis, qui silvarum beneficio casum evitaverant, omnibus adversis, cognita calamitate, interfecto Correo, amisso equitatu et fortissimis peditibus, cum adventare Romanos existimarent, concilio repente cantu tubarum convocato clamant, legati obsidesque ad Caesarem mittantur.

21.

Hoc omnibus probato consilio Commius Atrebas ad eos confugit Germanos, a quibus ad id bellum auxilia mutuatus erat. ceteri e vestigio mittunt ad Caesarem legatos petuntque, ut ea poena sit contentus hostium, quam si sine dimicatione inferre integris posset, pro sua clementia atque humanitate numquam profecto esset inlaturus. adflictas opes equestri proelio Bellovacorum esse; delectorum peditum multa milia interisse, vix refugisse nuntios caedis. magnum tamen ut in tanta calamitate Bellovacos eo proelio commodum esse consecutos, quod Correas auctor belli concitator multitudinis esset interfectus; numquam enim senatum tantum in civitate illo vivo quantum imperitam plebem potuisse.

22.

Haec orantibus legatis commemorat Caesar: eodem tempore superiore anno Bellovacos ceterasque Galliae civitates suscepisse bellum; pertinacissime hos ex omnibus in sententia permansisse neque ad sanitatem reliquorum deditioe esse perductos. scire atque intelle-

Nach diesem auf solche Art errungenen Erfolg folgte Cäsar den frischen Kampfspuren, da er annahm, der so schwer angeschlagene Feind werde auf die Unglücksnachricht hin sein Lager, das, wie es hieß, vom Schlachtfeld kaum etwa acht Meilen entfernt war, aufgeben. Obwohl er die Schwierigkeit bei einem Flußübergang<sup>352</sup>) sah, führte er doch das Heer hinüber und rückte weiter vor. Aber die Bellovaker und anderen Stämme, die unvermutet einige wenige, dazu noch verwundete Landsleute, die ihre Rettung den Wäldern verdankten, geborgen hatten, erfuhren von ihnen alles Mißgeschick, die Niederlage und den Tod des Correas, den Verlust der Reiterei und tapferster Kerntuppen und vermuteten, daß die Römer im Anmarsch seien. Da ließen sie sofort zum Sammeln blasen und verlangten in einem Kriegsrat unter lautem Geschrei, Unterhändler und Geiseln zu Cäsar zu schicken.

Als diese Forderung den Beifall aller fand, floh der Atrebate Commius zu den Germanen, bei denen er für diesen Krieg Hilfstruppen entliehen hatte. Die übrigen schickten auf der Stelle zu Cäsar Gesandte und baten ihn, sich mit der Bestrafung seiner Feinde zufrieden zu geben, die er ihnen, wenn er sie ihnen vor ihrer Schwächung ohne Kampf hätte auferlegen können, bei seiner Milde und Menschlichkeit gewiß nicht auferlegt hätte. Infolge der Niederlage der Reiter sei ihre Kampfkraft gebrochen. Viele Tausende auserlesenen Fußvolkes seien gefallen, kaum hätten sich die Unglücksboten retten können. Und doch hätten die Bellovaker in ihrem so furchtbaren Unglück durch diese Schlacht einen Vorteil gewonnen. Correas, die Seele dieses Krieges und der Aufwiegler, der Massen, sei nämlich gefallen. Nie habe, solange dieser lebte, der oberste Rat des Stammes den Einfluß besessen, den das urteilslose Volk ausgeübt habe.

Auf ihre Bitten antwortete Cäsar den Gesandten: Zur selben Zeit vor einem Jahre hätten die Bellovaker zusammen mit den übrigen gallischen Stämmen die Feindseligkeiten begonnen. Sie unter allen hätten sich am hartnäckigsten gezeigt und seien trotz der Kapitulation der übrigen nicht zur Vernunft gekommen. Daß man sehr leicht eine Schuld den Toten zuschiebt,

gere se causam peccati facillime mortuis delegari. neminem vero tantum pollere, ut invitis principibus, resistente senatu, omnibus bonis repugnantibus infirma manu plebis bellum concitare et gerere posset; sed tamen se contentum fore ea poena, quam sibi ipsi contraxissent.

23.

Nocte insequenti legati responsa ad suos referunt, obsides conficiunt. concurrunt reliquarum civitatum legati, quae Bellovacorum speculabantur eventum. dant obsides, imperata faciunt, excepto Commio, quem timor prohibebat cuiusquam fidei suam committere salutem. nam superiore anno Titus Labienus Caesare in Gallia citeriore ius dicente, cum Commium comperisset sollicitare civitates et coniurationem contra Caesarem facere, infidelitatem eius sine ulla perfidia iudicavit comprimi posse. quem quia non arbitrabatur vocatum in castra venturum, ne temptando cautio- rem faceret, Gaium Volusenum Quadratum misit, qui eum per simulationem colloquii curaret interficiendum. ad eam rem delectos idoneos ei tradidit centuriones. cum in colloquium ventum esset et, ut convenerat, manum Commii Volusenus adripuisset, centurio vel insueta re permotus vel a familiaribus prohibitus celeriter Commium conficere non potuit; graviter tamen primo ictu gladio caput percussit. cum utrimque gladii dstricti essent, non tam pugnandi quam diffugiendi fuit utrorumque consilium, nostrorum, quod mortifero vulnere Commium credebant adfectum, Gallorum, quod insidiis cognitis plura, quam videbant, extimescebant. quo facto statuisse Commium dicebatur numquam in conspectum cuiusquam Romani venire.

24.

Bellicosissimis gentibus devictis Caesar cum videt nullam iam esse civitatem, quae bellum pararet,

wisse er sehr wohl. Niemand aber besitze solch großen Einfluß, daß er gegen den Willen des Adels, gegen den Widerstand des obersten Rates und ohne Einverständnis aller Gutgesinnten mit der nur schwachen Schar des Pöbels einen Krieg vom Zaune brechen und führen könne. Gleichwohl wolle er sich mit der Strafe begnügen, die sie selbst auf ihr Haupt heraufbeschworen hätten.

Noch in der Nacht überbrachten die Gesandten die Antwort Cäsars. Geiseln wurden auf die Beine gebracht. Gesandte der übrigen Stämme, die nur darauf gelauert hatten, welchen Erfolg die Bellovaker hätten, trafen ein. Sie stellten Geiseln und beugten sich Cäsars Befehlen mit Ausnahme des Commius. Dieser hatte Bedenken, auf Treu und Glauben sein Leben jemandem anzuvertrauen. Als nämlich ein Jahr zuvor Titus Labienus – Cäsar hielt damals gerade in Oberitalien die Gerichtstage ab – erfuhr, Commius wiegele die Stämme auf und stifte eine Erhebung gegen Cäsar an, glaubte er, ohne sich selbst der Wortbrüchigkeit schuldig zu machen, diesen untreuen Mann erledigen zu können. Da er nicht annahm, dieser werde auf eine Einladung in sein Lager kommen, schickte er, um ihn nicht durch eine Aufforderung nur um so vorsichtiger zu machen, Gaius Volusenus Quadratus zu ihm. Unter dem Vorwand einer Aussprache sollte dieser ihn beseitigen. Zu diesem Zwecke gab er ihm auserwählte, hierfür geeignete Centurionen mit. Als Volusenus verabredungsgemäß bei dieser Zusammenkunft Commius an der Hand faßte, vermochte der Centurio, entweder in seiner Aufregung über das ungewohnte Vorhaben oder vom Gefolge des Commius daran gehindert, nicht, ihn schnell zu töten. Er verwundete ihn nur mit einem Schwerthieb schwer am Kopfe. Als man jetzt auf beiden Seiten die Schwerter zückte, dachte man beiderseits nicht so sehr ans Kämpfen wie ans Entweichen, die Römer in der Meinung, Commius sei tödlich verletzt, die Gallier, weil sie hinter dem Anschlag mehr vermuteten, als sie sahen. Nach diesem Überfall schwor, wie es hieß, Commius, niemals mehr einem Römer vor die Augen zu treten.

Als Cäsar nach Unterwerfung der kriegerischsten Stämme sah, daß keiner mehr zum Kriege rüstete, um sich gegen ihn auf-

quo sibi resisteret, sed nonnullos ex oppidis demigrare, ex agris diffugere ad praesens imperium evitandum, plures in partes exercitum dimittere constituit. M. Antonium quaestorem cum legione duodecima sibi coniungit. Gaium Fabium legatum cum cohortibus xxv mittit in diversissimam Galliae partem, quod ibi quasdam civitates in armis esse audiebat neque Gaium Caninium Revilum legatum, qui in illis regionibus erat, satis firmas duas legiones habere existimabat. Titum Labienum ad se evocat; legionem autem xv, quae cum eo fuerat in hibernis, in togatam Galliam mittit ad colonias civium Romanorum tuendas, ne quod simile incommodum accideret decursione barbarorum, ac superiore aestate Tergestinis acciderat, qui repentino latrocinio atque impetu illorum erant oppressi. ipse ad vastandos depopulandosque fines Ambiorigis proficiscitur; quem perterritum ac fugientem cum redigi posse in suam potestatem desperasset, proximum suae dignitatis esse ducebat adeo fines eius vastare civibus aedificiis pecore, ut odio suorum Ambiorix, si quos fortuna reliquos fecisset, nullum reditum propter tantas calamitates haberet in civitatem.

25.

Cum in omnes partes finium Ambiorigis aut legionum aut auxilia dimisisset atque omnia caedibus, incendiis, rapinis vastasset, magno numero hominum interfecto aut capto Labienum cum duabus legionibus in Treveros mittit, quorum civitas propter Germaniae vicinitatem quotidianis exercitata bellis cultu et feritate non multum a Germanis differebat neque imperata umquam nisi exercitu coacta faciebat.

26.

Interim C. Caninius legatus cum magnam multitudinem convenisse hostium in fines Pictonum litteris

zulehnen, sondern einige die Städte verließen und vom Lande flohen, um sich der überall gewärtigen römischen Herrschaft zu entziehen, beschloß er, sein Heer auf noch mehr Gebiete zu verteilen. Den Quästor Marcus Antonius ließ er mit der 12. Legion zu sich stoßen, den Legaten Gaius Fabius entsandte er mit 25 Kohorten in den entlegensten Teil Galliens, weil er hörte, daß dort einige Stämme unter Waffen ständen und der Legat Gaius Caninius Revilus, der in dieser Gegend stand, seiner Ansicht nach mit seinen zwei Legionen nicht ausreiche. Titus Labienus befahl er zu sich. Die Fünfzehner aber, die unter dessen Befehl im Winterquartier lagen, schickte er zum Schutz der römischen Kolonisten nach dem unter römischer Herrschaft stehenden Gallien<sup>353</sup>). Es sollte diesen nicht durch einen Überfall der Barbaren dasselbe Mißgeschick widerfahren, das im vorigen Sommer den Tergestiner<sup>354</sup>) zugestoßen war, die durch einen plötzlichen Raubzug und Überfall überrascht worden waren. Er selbst zog aus, das Land des Ambiorix<sup>355</sup>) gründlichst zu verheeren. Da er die Hoffnung aufgegeben hatte, diesen von Schrecken ergriffenen und auf der Flucht befindlichen Mann in seine Gewalt zu bekommen, hielt er es für seine Ehrenpflicht, sein Land aller Bewohner, aller Häuser und allen Viehs so zu entblößen, daß Ambiorix infolge des Hasses seiner Stammesgenossen, wenn das Schicksal noch einige am Leben ließe, wegen ihres so schweren Unglücks keine Möglichkeit mehr zur Rückkehr in seine Heimat habe.

Cäsar schickte überallhin ins Land des Ambiorix Legionen oder Hilfstruppenabteilungen, ließ alles niedermetzeln, brandschatzen, ausplündern und verwüsten. Viele Feinde wurden getötet oder gefangengenommen. Dann schickte er Labienus mit zwei Legionen in das Gebiet der Treverer. Dieser Stamm, den Germanen benachbart und dadurch in täglichen Kämpfen geübt, unterschied sich nur wenig von diesen in seiner Lebensweise und Wildheit und fügte sich einer Oberherrschaft nur, wenn er durch Waffengewalt bezwungen war.

Inzwischen erfuhr der Legat Gaius Caninius durch schriftliche und mündliche Meldungen des Duratius, der den Römern

nuntiisque Durati cognosceret, qui perpetuo in amicitia Romanorum permanserat, cum pars quaedam civitatis eius defecisset, ad oppidum Lemonum contendit. quo cum adventaret atque ex captivis certius cognosceret multis hominum milibus a Dumnaco duce Andium Duratium clausum Lemoni oppugnari neque infirmas legiones hostibus committere auderet, castra posuit loco munito. Dumnacus cum adpropinquare Caninium cognosset, copiis omnibus ad legiones conversis castra Romanorum oppugnare instituit. cum complures dies in oppugnatione consumpsisset et magno suorum detrimento nullam partem munitiorum convellere potuisset, rursus ad obsidendum Lemonum redit.

27.

Eodem tempore Gaius Fabius legatus complures civitates in fidem recipit, obsidibus firmat litterisque Gaii Canini Revili fit certior, quae in Pictonibus gerantur. quibus rebus cognitis proficiscitur ad auxilium Duratio ferendum. at Dumnacus adventu Fabii cognito desperata salute, si eodem tempore coactus esset et Romanum et externum sustinere hostem et respicere ac timere oppidanos, repente ex eo loco cum copiis recedit nec se satis tutum fore arbitratur, nisi flumen Ligerim, quod erat ponte propter magnitudinem transeundum, copias transduxisset. Fabius etsi nondum in conspectum hostium venerat neque se Caninio coniunxerat, tamen doctus ab iis, qui locorum noverant naturam, potissimum credit hostes perterritos eum locum, quem petebant, peturos. itaque cum copiis ad eundem pontem contendit equitatumque tantum praecedere ante agmen imperat legionem, quantum, cum processisset, sine defatigatione equorum in eadem se reciperet castra. consequuntur equites nostri, ut erat praeceptum, invaduntque Dumnaci agmen et fugientes perterritosque

immer treu geblieben war, selbst als ein Teil des Stammes abfiel, daß sich im Pictonenland große Feindmassen ansammelten, und brach zur Stadt Lemonum<sup>356</sup>) auf. Als er vor ihr erschien und von Gefangenen Genaueres erfuhr, daß nämlich Duratius von vielen tausend Mann unter Führung des Dumnacus, eines Fürsten der Anden, in Lemonum eingeschlossen und bestürmt werde, wagte er nicht, seine nur schwachen Legionen dem Feind entgegenzustellen. Deswegen schlug er an einem gesicherten Platz ein Lager auf. Als aber Dumnacus von dem Anrücken des Caninius erfuhr, wandte er sein gesamtes Aufgebot gegen die Legionen und schickte sich an, ihr Lager zu erstürmen. Als er mehrere Tage lang damit zugebracht hatte, ohne die Verschanzung bei eigenen großen Verlusten auch nur an einer Stelle zu durchbrechen, wandte er sich zur erneuten Belagerung Lemonums.

Um dieselbe Zeit nahm der Legat Gaius Fabius mehrere Stämme in ein Schutzverhältnis auf und ließ es durch Geiseln sichern. Durch eine schriftliche Meldung des Gaius Caninius Revilus erfuhr er von den Vorgängen im Pictonenland und brach sofort auf, Duratius Hilfe zu bringen. Als Dumnacus von seinem Anmarsch erfuhr, gab er die Hoffnung auf einen Erfolg auf, wenn er sich gleichzeitig genötigt sähe, den römischen Feind unter Caninius und den von außen nahenden Fabius aufzuhalten, zugleich die feindlichen Stadtbewohner im Auge zu behalten und sich vor ihnen vorzusehen. So zog er sich mit seinen Truppen schleunigst aus dieser Gegend zurück und glaubte sich nicht eher in Sicherheit, als bis er die Loire, die er wegen ihrer Breite auf einer Brücke überschreiten mußte, hinter sich habe. Obwohl Fabius noch nicht mit dem Feinde in Berührung gekommen und nicht zu Caninius gestoßen war, hielt er es doch, von Landeskundigen informiert, für das wahrscheinlichste, der erschreckte Feind werde sich in der Richtung zurückziehen, in der er es wirklich tat. Deswegen eilte er mit seinen Truppen der gleichen Brücke zu und ließ die Reiter nur so weit dem Zuge voranreiten, daß sie sich nach ihrem Vorrücken ohne Übermüdung der Pferde wieder ins Lager zurückziehen konnten. Befehlsgemäß nahmen sie die Verfolgung auf, setzten dem Zuge des Dumnacus zu, griffen die fliehenden, er-

sub sarcinis in itinere adgressi magna praeda multis interfectis potiuntur. ita re bene gesta se recipiunt in castra.

28.

Insequenti nocte Fabius equites praemittit sic paratos, ut configerent atque agmen morarentur, dum consequeretur ipse. cuius praeceptis ut res gereretur, Quintus Atius Varus praefectus equitum singularis et animi et prudentiae vir suos hortatur agmenque hostium consecutus turmas partim idoneis locis disponit, partim equitum proelium committit. configit audacius equitatus hostium succedentibus sibi peditibus; qui toto agmine subsistentes equitibus suis contra nostros ferunt auxilium. fit proelium acri certamine. namque nostri contemptis pridie superatis hostibus, cum subsequi legiones meminissent, et pudore cedere et cupiditate per se conficiendi proelii fortissime contra pedites proeliantur, hostesque nihil amplius copiarum accessurum credentes, ut pridie cognoverant, delendi equitatus nostri nacti occasionem videbantur.

29.

Cum aliquamdiu summa contentione dimicaretur, Dumnacus instruit aciem, quae suis esset equitibus invicem praesidio, cum repente confertae legiones in conspectum hostium veniunt. quibus visis percussae barbarorum turmae ac perterrita acies hostium, perturbato impedimentorum agmine, magno clamore discursuque passim fugae se mandant. at nostri equites, qui paulo ante cum resistentibus fortissime conflixerant, laetitia victoriae elati, magno undique clamore sublato cedentibus circumfusi, quantum equorum vires ad persequendum dextraeque ad caedendum valent, tantum eo proelio interficiunt. itaque amplius milibus duodecim aut armatorum aut eorum, qui ti-

schreckten, schwerbepackten Feinde auf ihrem Zuge an, machten große Beute und hieben viele von ihnen nieder. Nach diesem Erfolge zogen sie sich in ihr Lager zurück.

In der folgenden Nacht schickte Fabius Reiterabteilungen mit dem Befehl aus, den feindlichen Zug solange mit Plänkeleien aufzuhalten, bis er selbst nachrückte. Damit sein Befehl durchgeführt werde, feuerte der Reiterpräfect Quintus Atius Varius, ein ausgezeichneter, mutiger und kluger Mann, seine Reiter an, holte den feindlichen Zug ein, verteilte einen Teil der Fähnlein auf geeignete Plätze und eröffnete mit dem anderen ein Gefecht. Die feindlichen Reiter kämpften wagemutiger, da ihnen die Fußtruppen nachfolgten und, mit ihrem gesamten Aufgebot nachrückend, Hilfe gegen die Römer brachten. Es kam zu einem heißen Kampf. Denn die Römer hatten vor dem tags zuvor bereits besiegt Feinde keinerlei Respekt mehr, zumal sie wußten, daß die Legionen nachrückten, und fochten aus Scham vor einem Zurückweichen und aus Begierde, allein den Kampf auszutragen, heldenhafte mit dem feindlichen Fußvolk. Die Feinde aber, die nach ihrer Erfahrung vom Tage zuvor nicht annahmen, daß noch größere Truppenkontingente im Anmarsch seien, schienen eine Gelegenheit gefunden zu haben, unsere Reiterei vernichtend zu schlagen.

Als man eine Zeitlang erbittert kämpfte, stellte Dumnacus seine Truppe, die abwechselnd seine Reiter decken sollte, zum Kampf auf. Da tauchten plötzlich die Legionen dichtgeschlossen auf. Bei ihrem Anblick gerieten die Reiterabteilungen der Feinde in Verwirrung und ihre Kampflinien in Panik. Ihr ganzer Troß geriet durcheinander. Unter lautem Geschrei liefen sie auseinander und stürzten sich Hals über Kopf in die Flucht. Unsere Reiter aber, die sich kurz vorher mit dem Gegner heldenhafte geschlagen hatten, erhoben, außer sich vor Freude über den Sieg, allenthalben ein lautes Geschrei, schlossen die Fliehenden ein und hieben so viele von ihnen nieder, wie die Kräfte der Pferde zu erreichen und die Arme niederzuhauen vermochten. So fielen mehr als 12000 Bewaffnete oder solche, die aus

more arma proiecerant, interfectis omnis multitudo capitur impedimentorum.

30.

Qua ex fuga cum constaret Drappetem Senonem, qui, ut primum defecerat Gallia, collectis undique perditis hominibus, servis ad libertatem vocatis, exulibus omnium civitatum adscitis, receptis latronibus impedimenta et commeatus Romanorum interceperat, non amplius hominum duobus milibus ex fuga collectis provinciam petere unaque consilium cum eo Lucterium Cadurcum cepisse, quem superiore commentario prima defectione Galliae facere in provinciam voluisse impetum cognitum est, Caninius legatus cum duabus legionibus ad eos persequendos contendit, ne detrimento aut timore provinciae magna infamia perditorum hominum latrocinii caperetur.

31.

Gaius Fabius cum reliquo exercitu in Carnutes ceterasque proficiscitur civitates, quarum eo proelio, quod cum Dumnaco fecerat, copias esse accisas sciebat. non enim dubitabat, quin recenti calamitate submissiores essent futurae, dato vero spatio ac tempore eodem instigante Dumnaco possent concitari. qua in re summa felicitas celeritasque in recipiendis civitatibus Fabium consequitur. nam Carnutes, qui saepe vexati numquam pacis fecerant mentionem, datis obsidibus veniunt in deditionem, ceteraeque civitates positae in ultimis Galliae finibus Oceanoque coniunctae, quae Armoricae appellantur, auctoritate adductae Carnutum adventu Fabii legionumque imperata sine mora faciunt. Dumnacus suis finibus expulsus errans latitansque solus extremas Galliae regiones petere est coactus.

32.

At Drappes unaque Lucterius cum legiones Caniniumque adesse cognoscerent nec se sine certa per-

Furcht die Waffen weggeworfen hatten. Der gesamte Troß wurde erbeutet.

Es wurde bekannt, daß aus dieser Flucht der Feinde der Senone Drappes<sup>357</sup> (er hatte bei der ersten Erhebung Galliens von überallher verkommene Menschen gesammelt, Sklaven zur Freiheit aufgerufen, die Landesflüchtigen aller Stämme herangeholt, Straßenräuber bei sich aufgenommen und in plötzlichen Raubzügen unsere Wagenkolonnen mit der Zufuhr abgefangen) ungefähr 2000 Mann der Fliehenden gesammelt und seinen Marsch auf die römische Provinz angetreten hatte. Diesen Plan hatte mit ihm der Cadurker<sup>358</sup> Lucterius gefaßt, der, wie bekannt ist und im vorigen Buch berichtet wurde, schon bei der ersten Erhebung Galliens beabsichtigt hatte, über die Provinz herzufallen. Da brach der Legat Caninius mit zwei Legionen zu ihrer Verfolgung auf. Es sollten nicht die Bewohner der Provinz einen Schaden erleiden oder in Schrecken geraten und wir durch die Raubzüge einer Verbrecherbande Schande auf uns laden.

Gaius Fabius rückte mit dem übrigen Heer in das Land der Carnuten und der übrigen Stämme, die, wie er wußte, dem Dumnacus Truppen zum Kampf gestellt hatten. Er zweifelte nämlich nicht, daß sie auf Grund der letzten Niederlage zur Unterwerfung geneigter sein würden, aber, wenn ihnen erst einmal Zeit gelassen und Gelegenheit gegeben sei, sich erneut von Dumnacus aufwiegeln lassen könnten. Hierbei hatte Fabius das große Glück, diese Stämme schnell wieder in die Hand zu bekommen. Denn die Carnuten, die zwar häufig heimgesucht worden waren, aber niemals an Frieden gedacht hatten, stellten jetzt Geiseln und unterwarfen sich. Auch die übrigen Stämme an den äußersten Grenzen Galliens und am Ozean – sie hießen zusammengefaßt Armoriker – unterwarfen sich bei seinem Eintreffen nach dem maßgebenden Beispiel der Carnuten unverzüglich dem Fabius und seinen Legionen. Dumnacus, aus seinem Lande vertrieben, sah sich genötigt, umherirrend, sich versteckend und verlassen, die entlegensten Landstriche Galliens<sup>359</sup> aufzusuchen.

Als aber Drappes und Lucterius erfuhren, daß Caninius mit seinen Legionen zur Stelle sei, und einsahen, sie könnten, von

nicie persequente exercitu putarent provinciae fines intrare posse nec iam libere vagandi latrociniorumque faciendorum facultatem haberent, in finibus consistunt Cadurcorum. ibi cum Lucterius apud suos cives<sup>2</sup> quondam integris rebus multum potuisset semperque auctor novorum consiliorum magnam apud barbaros auctoritatem haberet, oppidum Uxellodunum, quod in clientela fuerat eius, egregie natura loci munitum occupat suis et Drappetis copiis oppidanosque sibi coniungit.

33.

Quo cum confestim Gaius Caninius venisset animadverteretque omnes oppidi partes praeruptissimis saxis esse munitas, quo defendente nullo tamen armatis ascendere esset difficile, magna autem impedimenta oppidanorum videret, quae, si clandestina fuga subtrahere conarentur, effugere non modo equitatum, sed ne legiones quidem possent, tripertito cohortibus divisus trina excelsissimo loco castra fecit, a quibus<sup>2</sup> paulatim, quantum copiae patiebantur, vallum in oppidi circuitum ducere instituit.

34.

Quod cum animadverterent oppidani miserimae<sup>1</sup>que Alesiae memoria solliciti similem casum obsessio- nis vererentur maximeque ex omnibus Lucterius, qui fortunae illius periculum fecerat, moneret frumenti rationem esse habendam, constituunt omnium consensu parte ibi relicta copiarum ipsi cum expeditis ad importandum frumentum proficisci. eo consilio probato proxima nocte duobus milibus armatorum relic-<sup>2</sup>tis reliquos ex oppido Drappes et Lucterius educunt. hi paucos dies morati ex finibus Cadurcorum, qui<sup>3</sup> partim re frumentaria sublevare eos cupiebant, partim prohibere, quominus sumerent, non poterant, magnum numerum frumenti comparant, nonnum-

seinem Heer verfolgt, nur zu ihrem sicheren Untergang in die Provinz eindringen, und da sie keine Möglichkeit hatten, ungestört umherzuschweifen und ihre Raubzüge zu unternehmen, setzten sie sich im Lande der Cadurker fest. Dort hatte Lucterius bei seinen Landsleuten, als die Lage noch für sie günstig war, sehr großen Einfluß ausgeübt und genoß, immer wieder die Seele neuer Pläne, bei den Barbaren hohes Ansehen. Er besetzte mit seinen und des Drappes Truppen die Stadt Uxellodunum<sup>360</sup>), die zu seiner Schutzherrschaft gehört hatte und durch ihre natürliche Lage hervorragend geschützt war. Die Stadtbewohner gewann er sich als Verbündete.

Gaius Caninius rückte eiligst dorthin, stellte fest, daß alle Seiten der Stadt durch jäh abfallende Felsen so gesichert waren, daß sie von Bewaffneten, selbst wenn sie nicht verteidigt wurde, nur schwer erklommen werden konnte, und sah die lange Wagenkolonne der Stadtbewohner, welche, falls sie in heimlicher Flucht zu entkommen versuchte, kaum den Legionen, geschweige den Reitern entrinnen konnte. Da teilte er seine Kohorten in drei Abteilungen und schlug auf einem sehr hohen Bergrücken<sup>361</sup>) drei Lager auf, von denen aus er allmählich, der Arbeitsleistung der Truppe entsprechend, einen Wall rings um die Stadt errichten ließ.

Als die Stadtbewohner dies wahrnahmen und, durch die Erinnerung an das jammervolle Schicksal Alesias beunruhigt, einen ähnlichen Ausgang der Belagerung befürchteten und hauptsächlich Lucterius, der diese furchtbare Gefahr miterlebt hatte, mahnte, an die Verpflegung zu denken, faßten sie einstimmig den Plan, einen Teil der Truppen in der Stadt zurückzulassen und mit leichten Truppen zur Einholung von Getreide auszu- ziehen. Nach seiner Billigung ließen sie in der folgenden Nacht 2000 Mann in der Stadt. Drappes und Lucterius aber führten die übrigen heraus. Nach einigen Tagen schafften sie eine große Menge Getreides aus dem Land der Cadurker heran, die teils gern aushelfen wollten, teils die Beschlagnahme nicht verhindern konnten. Wiederholt griffen die Feinde auch in nächtlichen Streifzügen unsere Feldschanzen an. Deswegen zögerte Gaius

quam autem expeditionibus nocturnis castella nostrorum adoriuntur. quam ob causam Gaius Caninius toto oppido munitiones circumdare moratur, ne aut opus effectum tueri non possit aut plurimis in locis infirma disponat praesidia.

35.

Magna copia frumenti comparata considunt Drappes et Lucretius non longius ab oppido decem milibus, unde paulatim frumentum in oppidum supportarent. ipsi inter se provincias partiuntur: Drappes castris praesidio cum parte copiarum restitit, Lucretius agmen iumentorum ad oppidum ducit. dispositis ibi praesidiis hora noctis circiter decima silvestribus angustisque itineribus frumentum importare in oppidum instituit. quorum strepitum vigiles castrorum cum sensissent, exploratoresque missi, quae gererentur, renuntiassent, Caninius celeriter cum cohortibus armatis ex proximis castellis in frumentarios sub ipsam lucem impetum facit. hi repentino malo perterriti diffugiunt ad sua praesidia; quae nostri ut viderunt, acrius contra armatos incitati neminem ex eo numero vivum capi patiuntur. profugit inde cum paucis Lucretius nec se recipit in castra.

36.

Re bene gesta Caninius ex captivis comperit partem copiarum cum Drappete esse in castris a milibus non amplius XII. qua re ex compluribus cognita, cum intellegeret fugato duce altero perterreri reliquos facile et opprimi posse, magnae felicitatis esse arbitrabatur neminem ex caede refugisse in castra, qui de accepta calamitate nuntium Drappeti perferret. sed in experiundo cum periculum nullum videret, equitatum omnem Germanosque pedites summae velocitatis homines ad castra hostium praemittit; ipse legionem unam in trina castra distribuit, alteram secum expe-

Caninius, den Wall um die ganze Stadt zu legen, um nicht möglicherweise entweder an der Sicherung der gesamten Umwallung zu scheitern oder an den meisten Stellen nur schwache Posten aufstellen zu müssen.

Als die Feinde einen großen Getreidevorrat herangebracht hatten, setzten sich Drappes und Lucretius knapp 10 Meilen von der Stadt entfernt fest, um ihn von dort aus allmählich in die Stadt zu schaffen. Sie teilten sich in die Aufgaben. Drappes blieb zum Schutz des Lagers mit einem Teil der Truppen zurück, während Lucretius den Zug der Lasttiere in die Stadt führte. Er stellte Sicherheitsposten auf und begann, um die zehnte Nachtstunde auf schmalen Waldwegen das Getreide in die Stadt zu bringen. Als unsere Lagerposten den dabei gemachten Lärm vernahmen und ausgeschickte Späher den Vorgang meldeten, überfiel Caninius beim Morgengrauen mit aus den nächsten Feldschanzen herbeigeholten Kohorten die Getreidetransporte. Durch die plötzliche, sie bedrohende Gefahr erschreckt, flohen diese Feinde zu ihren Sicherungsposten. So wie unsere Leute diese sichteten, kämpften sie gegen die Bewaffneten noch stürmischer und duldeten nicht, daß auch nur einer von ihnen lebend gefangen genommen wurde. Darauf ergriff Lucretius mit nur wenigen die Flucht und kehrte nicht mehr ins Lager zurück.

Nach diesem Erfolg hörte Caninius von Gefangenen, ein Teil der feindlichen Truppen stehe unter Drappes in dem höchstens 12 Meilen<sup>362</sup>) entfernten Lager. Als das von mehreren bestätigt wurde, nahm er zwar an, daß nach der Flucht des einen Führers die übrigen leicht in Panik versetzt und überrumpelt werden könnten, hielt es aber doch für einen großen Glücksfall, wenn keiner dem Blutbad entronnen und ins Lager zurückgekommen wäre, um dem Drappes die Niederlage zu melden. Da er indes keinerlei Risiko befürchtete, schickte er sämtliche Reiter und sehr flinke germanische Fußtruppen gegen das feindliche Lager. Er selbst verteilte die eine Legion auf seine drei Lager und rückte mit der zweiten ohne Gepäck aus. Näher an die Feinde

ditam ducit. cum propius hostes accessisset, ab exploratoribus, quos praemiserat, cognoscit castra eorum – ut barbarorum fere consuetudo est – relictis locis superioribus ad ripas esse fluminis demissa, at Germanos equitesque imprudentibus omnibus de improvise advolasse proeliumque commisisse. qua re cognita legionem armatam instructamque adducit. ita repente omnibus ex partibus signo dato loca superiora capiuntur. quod ubi accidit, Germani equitesque signis legionis visis vehementissime proeliantur. confestim cohortes undique impetum faciunt omnibusque aut interfectis aut captis magna praeda potiuntur. capitur ipse eo proelio Drappes.

37.

Caninius felicissime re gesta sine ullo paene militis vulnere ad obsidendos oppidanos revertitur externoque hoste deleto, cuius timore antea dividere praesidia et munitione oppidanos circumdare prohibitus erat, opera undique imperat administrari. venit eodem cum suis copiis postero die Gaius Fabius partemque oppidi sumit ad obsidendum.

38.

Caesar interim M. Antonium quaestorem cum cohortibus xv in Bellovacis relinquit, ne qua rursus novorum consiliorum capiendorum Belgis facultas daretur. ipse reliquas civitates adit, obsides plures imperat, timentes omnium animos consolatione sanat. cum in Carnutes venisset, quorum in civitate superiore commentario Caesar exposuit initium belli esse ortum, quod praecipue eos propter conscientiam facti timere animadvertibat, quo celerius civitatem metu liberaret, principem sceleris illius et concitatores belli Cotuatum ad supplicium deposcit. qui, etsi ne civibus quidem suis se committebat, tamen celeriter omnium cura quaesitus in castra perducitur. cogitur in eius

herangekommen, erfuhr er von vorausgeschickten Spähtruppen, daß ihr Lager nach barbarischem Brauch ohne Einschluß der Anhöhen an den Flußufern aufgeschlagen war. Auf dieses seien die Germanen und die Reiter, da keiner von den Feinden etwas ahnte, überraschend gestoßen und hätten den Kampf eingeleitet. Auf diese Meldung hin führte Caninius seine bewaffnete Legion in Kampfformation heran. So wurde die Anhöhe auf ein gegebenes Signal plötzlich auf allen Seiten von uns besetzt. Da sichteten die Germanen und Reiter die Feldzeichen der Legion und kämpften wie rasend. Sofort griffen die Kohorten von allen Seiten an. Die Feinde wurden sämtlich niedergeworfen oder gefangengenommen, große Beute wurde gemacht, und Drappes selbst geriet in diesem Kampfe in Gefangenschaft.

Nach diesem bestens geglückten Unternehmen machte Caninius, beinahe ohne einen Verwundeten, kehrt, um nach Vernichtung des Feindes außerhalb der Stadt ihre Bewohner zu belagern. Aus Furcht vor ihm war er vorher daran gehindert worden, die Belagerungstruppen auseinanderzuziehen und mit seinen Einschließungswerken die Stadt ganz zu umfassen. Nun befahl er, die Belagerungswerke auf allen Seiten zu errichten. Dort traf auch am folgenden Tage Gaius Fabius mit seiner Abteilung ein und übernahm einen Abschnitt des Belagerungsrings.

Inzwischen ließ Cäsar den Quästor Marcus Antonius mit 15 Kohorten im Lande der Bellovaker zurück, um den Belgern die Möglichkeit zu neuen Umtrieben zu nehmen. Er selbst suchte die übrigen Stämme auf, ließ sich von ihnen mehr Geiseln stellen und sprach allen Verängstigten Trost zu. Als er in das Land der Carnuten kam, bei denen, wie Cäsar im vorigen Buch berichtete, der Krieg ausgebrochen war, bemerkte er, daß sie bei ihrem Schuldbewußtsein in großer Furcht schwebten. Um sie um so schneller von ihr zu befreien, verlangte er nur die Auslieferung des Cotuatus, des Hauptschuldigen und Anstifters jenes verbrecherischen Krieges, zur Bestrafung. Zwar fühlte sich dieser nicht einmal mehr bei seinen Stammesgenossen sicher, wurde aber von allen eifrigst gesucht und in das Lager gebracht. Durch einen riesigen Auflauf seiner Soldaten, die Cotuatus alle

supplicium contra suam naturam Caesar maximo concursu militum, qui ei omnia pericula et detrimenta belli a Cotuato accepta referebant, adeo ut verberibus exanimatum corpus securi feriretur.

39.

Ibi crebris litteris Caninii fit certior, quae de Drappete et Lucterio gesta essent quoque in consilio permanerent oppidani. quorum etsi paucitatem contemnebat, tamen pertinaciam magna poena esse adficiendam iudicabat, ne universa Gallia non vires sibi defuisse ad resistendum Romanis, sed constantiam putaret, neve hoc exemplo ceterae civitates locorum opportunitate fretae vindicarent se in libertatem, cum omnibus Gallis notum esse sciret reliquam esse unam aetatem provinciae suae, quam si sustinere potuissent, nullum ultra periculum vererentur. itaque Quintum Calenum legatum cum legionibus duabus reliquit, qui iustis itineribus se subsequeretur; ipse cum omni equitatu, quam potest celerrime, ad Caninium contendit.

40.

Caesar cum contra expectationem omnium Uxellodunum venisset oppidumque operibus clausum animadverteret neque ab oppugnatione recedi videret ulla condicione posse, magna autem copia frumenti abundare oppidanos ex perfugis cognosset, aqua prohibere hostem temptare coepit. flumen infimam vallem dividebat, quae totum paene montem cingebat, in quo positum erat [*praeruptum undique oppidum*] Uxellodunum. hoc avertere loci natura prohibebat; sic enim imis radicibus montis ferebatur, ut nullam in partem depressis fossis derivari posset. erat autem oppidanis difficilis et praeruptus eo descensus, ut prohibentibus nostris sine vulneribus ac periculo vitae neque adire flumen neque arduo se recipere possent

Gefahren und Verluste im Kriege zuschoben, sah sich Cäsar gegen seine Natur<sup>363</sup>) genötigt, ihn hinrichten zu lassen. Er wurde sogar mit Ruten zu Tode gepeitscht und dann enthauptet.

Cäsar wurde dort durch zahlreiche schriftliche Berichte des Caninius auf dem laufenden gehalten, was mit Drappes und Lucterius geschehen war und was die Bewohner von Uxellodunum im Schilde führten. Wenn ihm auch ihre geringe Zahl lächerlich vorkam, glaubte er doch, gegen sie wegen ihrer Hartnäckigkeit mit harter Strafe vorgehen zu müssen, damit sich nicht ganz Gallien einbilde, es habe ihm zum Widerstand gegen die Römer nicht etwa an Stärke, sondern nur an Ausdauer gefehlt. Auch sollten nach ihrem Vorbild die übrigen Stämme nicht im Vertrauen auf Vorteile des Geländes den Versuch zur Befreiung wagen. Zudem sollten die Gallier, denen, wie er wußte, bekannt war, daß seine Provinzialstatthalterschaft mit diesem Sommer zu Ende gehe, sich nicht in der Hoffnung wiegen, sie hätten, falls sie noch diesen Sommer durchhielten, dann nichts mehr zu befürchten. Er ließ daher den Legaten Quintus Calenus mit den zwei Legionen unter der Weisung zurück, ihm in Normalmärschen zu folgen, während er selbst mit der gesamten Reiterei schnellstens zu Caninius aufbrach.

Als er wider aller Erwarten vor Uxellodunum eintraf, die Stadt durch die Schanzwerke eingeschlossen sah und eine Zurücknahme der Belagerung für völlig ausgeschlossen hielt, anderseits aber von Überläufern erfuhr, daß die Stadt Lebensmittel in Hülle und Fülle besitze, machte er sich an den Versuch, den Feind von der Wasserzufuhr abzuschneiden. Ein Fluß<sup>364</sup>) strömte durch die Sohle des Tales, welches den Berg fast ganz umschloß, der, allerseits steil abfallend, Uxellodunum trug. Den Fluß abzuleiten, verbot die natürliche Lage. Er floß nämlich unmittelbar am Fuß des Berges, so daß er durch tief gezogene Gräben nach keiner Seite hin abgeleitet werden konnte. Der Abstieg war aber für die Stadtbewohner steil und schwierig, so daß sie bei Behinderung durch uns ohne Lebensgefährdung und Verwundung weder an den Fluß herankommen noch auf dem steilen Aufstieg sich zurückziehen konnten. Als Cäsar diese

ascensu. qua difficultate eorum cognita Caesar sagitariis funditoribusque dispositis, tormentis etiam quibusdam locis contra facillimos descensus conlocatis, aqua prohibebat fluminis oppidanos.

41.

Quorum omnis postea multitudo aquatum unum in locum conveniebat; sub ipsum enim oppidi murum magnus fons aquae prorumpebat ab ea parte, quae fere pedum trecentorum intervallo a fluminis circuitu vacabat. hoc fonte prohiberi posse oppidanos cum optarent reliqui, Caesar unus videret, e regione eius vineas agere adversus montem et aggerem struere coepit magno cum labore et continua dimicatione. oppidani enim loco superiore decurrunt et eminus sine periculo proeliantur multosque pertinaciter succedentes vulnerant; non deterrentur tamen milites nostri vineas proferre et labore atque operibus locorum vincere difficultates. eodem tempore cuniculos tectos ad venas agunt et caput fontis, quod genus operis sine ullo periculo et sine suspicione hostium facere licebat. exstruitur agger in altitudinem pedum sexaginta, conlocatur in eo turris decem tabulatorum, non quidem quae moenibus adaequaret – id enim nullis operibus effici poterat –, sed quae superaret fastigium fontis. ex ea cum tela tormentis iacerentur ad fontis aditum nec sine periculo possent aquari oppidani, non tantum pecora atque iumenta, sed etiam magna hominum multitudo siti consumebatur.

42.

Quo malo perterriti oppidani cupas sebo, pice, scandulis complent; eas ardentis in opera provolvunt eodemque tempore acerrime proeliantur, ut ab incendio restinguendo dimicationis periculo deterreant Romanos. magna repente in ipsis operibus flamma existit. quaecumque enim per locum praecipitem mis-

ihre Schwierigkeit erkannte, verteilte er Bogen- und Schleuderschützen, ließ auch an einigen Stellen gegenüber den bequemsten Abstiegen Wurfmaschinen in Stellung bringen und schnitt so die Städter von der Versorgung mit dem Flußwasser ab.

Später kam die gesamte Einwohnerschaft an eine einzige Stelle, um Wasser zu holen. Unmittelbar an der Stadtmauer entsprang nämlich eine ergiebige Quelle, dort, wo in einer Breite von ungefähr 300 Fuß der Strom die Stadt nicht umfloß. Während die übrigen nur wünschten, den Stadtbewohnern die Quelle zu entziehen, sah Cäsar als einziger die Möglichkeit dazu. Er begann, ihr gegenüber unter großen Schwierigkeiten und ununterbrochenen Kämpfen Schirmdächer gegen den Berg heranzurollen und einen Belagerungsdamm aufzurichten. Zwar stürmten die Uxelloduner den Berg hinab, schossen ungefährdet von weitem und verwundeten viele unserer hartnäckig vordringenden Soldaten. Diese aber ließen sich nicht abschrecken, die Schirmdächer vorzurollen und die durch das Gelände erwachsenden Schwierigkeiten mit Zähigkeit und technischen Mitteln zu meistern. Gleichzeitig trieben sie Stollen zu den Adern und zum Ursprung der Quelle<sup>365</sup>). Diese Arbeit konnte man völlig ungefährdet, ohne daß die Feinde sie merkten, durchführen. Ein 60 Fuß hoher Damm wurde aufgeworfen und auf ihm ein zehnstöckiger Turm errichtet, zwar nicht in der Höhe der Stadtmauer, die durch keine Bauten erreicht werden konnte, aber doch so hoch, daß er über die hochgelegene Ursprungsstelle der Quelle<sup>366</sup>) ragte. Als von ihm aus die mit den Wurfmaschinen geschleuderten Geschosse den Quellenzugang beherrschten und die Stadtbewohner nur noch unter großen Gefahren Wasser holen konnten, raffte der Durst nicht nur das Schlacht- und Zugvieh, sondern auch viele Menschen dahin.

Infolge dieser Gefahr außer sich vor Schrecken, füllten die Uxelloduner Fässer mit Talg, Pech und Holzspänen und rollten sie brennend auf unsere Belagerungswerke herab. Gleichzeitig fochten sie verzweifelt, um uns durch die Kampfbedrohung vom Feuerlöschen abzuhalten. Plötzlich standen unsere Werke in hellen Flammen. Was nämlich den steilen Abhang herabgerollt

sa erant, ea vineis et aggere suppressa comprehende-  
bant id ipsum, quod morabatur. milites contra nostri  
quamquam periculoso genere proelii locoque iniquo  
premebantur, tamen omnia fortissimo sustinebant  
animo. res enim gerebatur excelso loco et in conspectu  
exercitus nostri, magnusque utrimque clamor orie-  
batur. ita quam quisque poterat maxime insignis, quo  
notior testatiorque virtus esset eius, telis hostium  
flammaeque se offerebat.

43.

Caesar cum complures suos vulnerari videret, ex  
omnibus oppidi partibus cohortes montem ascendere  
et simulatione moenium occupandorum clamorem  
undique iubet tollere. quo facto perterriti oppidani,  
cum, quid ageretur in locis reliquis, essent suspensi,  
revocant ab impugnandis operibus armatos murisque  
disponunt. ita nostri fine proelii facto celeriter opera  
flamma comprehensa partim restinguunt, partim  
interscindunt. cum pertinaciter resisterent oppidani  
magna etiam parte amissa siti suorum in sententia  
permanerent, ad postremum cuniculis venae fontis  
intercisae sunt atque aversae. quo facto repente per-  
ennis exaruit fons tantamque attulit oppidanis salu-  
tis desperationem, ut id non hominum consilio, sed  
deorum voluntate factum putarent. itaque se neces-  
sitate coacti tradiderunt.

44.

Caesar cum suam lenitatem cognitam omnibus  
sciret neque vereretur, ne quid crudelitate naturae  
videretur asperius fecisse, neque exitum consiliorum  
suorum animadverteret, si tali ratione diversis in locis  
plures consilia inissent, exemplo supplicii deterrendos  
reliquos existimavit. itaque omnibus, qui arma tulerant,  
manus praecidit vitamque concessit, quo testa-  
tior esset poena improborum. Drappes quem captum

kam, wurde zwar durch die Schirmdächer und den Damm auf-  
gefangen, steckte aber eben diese Hindernisse in Brand. Indes  
hielten unsere durch diese gefährliche Kampfweise und das  
ungünstige Gelände arg bedrängten Männer heldenmütig stand.  
Es wurde nämlich hoch oben vor den Augen des ganzen Heeres  
gekämpft, und auf beiden Seiten erhob sich lautes Geschrei. So  
warfen sich gerade die Tapfersten den feindlichen Geschossen  
und Flammen entgegen, um angesichts aller ihren Mut um so  
tatkräftiger zu bezeugen.

Als Cäsar mehrere seiner Leute verwundet sah, befahl er den  
Kohorten, auf allen Stadtseiten den Berg zu erklimmen, und  
ließ sie, als ob sie die Stadtmauern berennen wollten, überall  
lautes Geschrei erheben. Hierdurch in Schrecken versetzt und  
in ihrer Ungewißheit, was an den übrigen Stellen vorgehe, be-  
riefen die Stadtbewohner ihre Bewaffneten von dem zu beren-  
nenden Belagerungswerk ab und verteilten sie auf ihre Stadt-  
mauern. So löschten die Römer nach Einstellung des Kampfes  
rasch ihre brennenden Anlagen, teils rissen sie sie ein. Als die  
Uxelloduner, obwohl viele von ihnen vor Durst verschmach-  
teten, zäh ihren Widerstand fortsetzten, wurden schließlich die  
Quelladern an ihrer Ursprungsstelle durch die Stollen verdämmt  
und abgeleitet. Hiedurch versiegte plötzlich das sonst ständig  
fließende Wasser und nahm den Stadtbewohnern jede Hoffnung  
auf Rettung, so daß sie annahmen, dies sei nicht durch Men-  
schenverstand, sondern auf den Willen der Götter erfolgt.  
Notgedrungen kapitulierte sie.

Cäsar wußte, daß seine Milde allen bekannt war, und brauchte  
nicht den Anschein zu fürchten, er verfare aus angeborener  
Härte irgendwie zu grausam. Da er aber den Erfolg seiner Pläne  
in Frage gestellt sah, wenn in ähnlicher Weise an verschiedenen  
Orten noch mehr Feinde gegen ihn Anschläge schiedeten,  
glaubte er, die übrigen durch eine exemplarische Strafe ab-  
schrecken zu müssen. Er ließ daher allen, die gekämpft hatten,  
die Hände abschneiden und schenkte ihnen dann das Leben,  
damit die Bestrafung boshafter Aufsässiger um so mehr in die

esse a Caninio docui, sive indignitate et dolore vinculo-  
 rum sive timore gravioris supplicii paucis diebus ci-  
 bo se abstinuit atque ita interiit. eodem tempore Luc-  
 terius, quem profugisse ex proclio scripsi, cum in po-  
 testatem venisset Epasnacti Arverni – crebro enim  
 mutandis locis multorum fidei se committebat, quod  
 nusquam diutius sine periculo commoraturus videba-  
 tur, cum sibi conscius esset, quam inimicum deberet  
 Caesarem habere –, hunc Epasnactus Arvernus ami-  
 cissimus populo Romano sine dubitatione ulla vinc-  
 tum ad Caesarem deduxit.

45.

Labienu interim in Treveris equestre proelium facit  
 secundum compluribusque Treveris interfectis et Ger-  
 manis, qui nullis adversus Romanos auxilia denega-  
 bant, principes eorum vivos redigit in suam potesta-  
 tem atque in his Surum Haeduum, qui et virtutis et  
 generis summam nobilitatem habebat solusque ex  
 Haeduis ad id tempus permanserat in armis.

46.

Ea re cognita Caesar cum in omnibus partibus Gal-  
 liae bene res gestas videret iudicaretque superioribus  
 aestivis Galliam devictam subactamque esse, Aquita-  
 niam numquam ipse adisset, sed per Publium Crassum  
 quadam ex parte devicisset, cum duabus legionibus in  
 eam partem Galliae est profectus, ut ibi extremum  
 tempus consumeret aestivorum. quam rem sicuti ce-  
 tera celeriter feliciterque confecit. namque omnes  
 Aquitaniae civitates legatos ad eum miserunt obsi-  
 desque ei dederunt. quibus rebus gestis ipse cum prae-  
 sidio equitum Narbonem profectus est, exercitum per  
 legatos in hiberna deduxit: quattuor legiones in Bel-  
 gio conlocavit cum Marco Antonio et Gaio Trebonio  
 et Publio Vatinio \*\*\*\* Tullio legatis, duas legiones in  
 Haeduos deduxit, quorum in omni Gallia summam

Augen falle. Drappes, der, wie berichtet, von Caninius gefangen  
 genommen war, verweigerte aus Wut und Schmerz über die  
 Gefangennahme oder aus Furcht vor größerer Strafe einige  
 Tage jede Nahrung und erlitt so den Hungertod. Zu gleicher  
 Zeit war Lucterius, der, wie geschildert, aus der Schlacht ge-  
 flohen war, in die Gewalt des Arverners Epasnactus geraten.  
 Durch immer neuen Ortswechsel hatte er sich nämlich wieder-  
 holt dem Schutze vieler anvertraut, da er in dem Bewußtsein,  
 welchen Feind er an Cäsar haben mußte, nirgends gefahrlos  
 längeren Aufenthalt nehmen konnte. Epasnactus, ein treuer  
 Freund der Römer, brachte ihn ohne Bedenken gefesselt zu  
 Cäsar.

Labienu lieferte inzwischen im Trevererland<sup>367</sup>) eine glück-  
 liche Reiterschlacht; in ihr fielen mehrere Treverer und Ger-  
 manen, die niemandem ihren Beistand gegen die Römer aus-  
 schlugen. Ihre Fürsten brachte er lebend in seine Gewalt, unter  
 ihnen den Häduer Surus, einen sehr tapferen und vornehmen  
 Mann, der als einziger der Häduer bis dahin gegen uns ge-  
 kämpft hatte.

Als Cäsar dies erfuhr, und als er sah, daß die Lage in allen  
 Teilen Galliens glücklich gesichert war, und die Überzeugung  
 hatte, daß das Land in den letzten Sommerfeldzügen völlig  
 unterworfen war, er aber persönlich noch niemals Aquitanien  
 aufgesucht hatte – er hatte es nur zu einem Teil durch Publius  
 Crassus<sup>368</sup>) unterworfen –, brach er mit zwei Legionen dahin  
 auf, um dort den Rest der warmen Jahreszeit zu verbringen.  
 Wie die übrigen Aufgaben, erledigte er auch diese rasch und  
 erfolgreich. Denn alle aquitanischen Stämme schickten ihm  
 Gesandte und stellten ihm Geiseln. Hierauf ritt er mit einer  
 Reiterabteilung nach Narbo und ließ das Heer durch seine  
 Legaten in die Winterquartiere führen. Vier Legionen brachte  
 er unter dem Kommando der Legaten Marcus Antonius, Gaius  
 Trebonius, Publius Vatinus und ..... Tullius im Gebiet der  
 Belger unter, zwei schickte er in das Land der Häduer, die,  
 wie er wußte, das höchste Ansehen in ganz Gallien genossen.  
 Zwei legte er ins Turonenland an die Grenze der Carnuten; sie

esse auctoritatem sciebat. duas in Turonis ad fines Carnutum posuit, quae omnem illam regionem coniunctam Oceano continerent, duas reliquas in Lemovicum finibus non longe ab Arvernibus, ne qua pars Galliae vacua ab exercitu esset. ipse paucos dies in provincia moratus, cum celeriter omnes conventus percucurrisset, publicas controversias cognosset, bene meritis praemia tribuisset – cognoscendi enim maximam facultatem habebat, quali quisque animo in populum Romanum fuisset totius Galliae defectione, quam sustinuerat fidelitate atque auxiliis provinciae illius –, his confectis rebus ad legiones in Belgium se recepit hibernavitque Nemetocennae.

47.

Ibi cognoscit Commium Atrebatem proelio cum equitatu suo contendisse. nam cum Antonius in hiberna venisset civitasque Atrebatium in officio maneret, Commius, qui post illam vulnerationem, quam supra commemoravi, semper ad omnes motus paratus suis civibus esse consuesset, ne consilia belli quaerentibus auctor armorum duxque deesset, parente Romanis civitate cum suis equitibus latrociniis se suosque alebat infestisque itineribus commeatus complures in hiberna Romanorum qui comportabantur interceptabat.

48.

Erat attributus Antonio praefectus equitum, qui cum eo hibernaret, Gaius Volusenus Quadratus. hunc Antonius ad persequendum hostium equitatum mittit. Volusenus ad eam virtutem, quae singularis erat in eo, magnum Commii odium adiungebat, quo libentius id faceret, quod imperabatur. itaque dispositis insidiis saepius equites eius adgressus secunda proelia faciebat. novissime cum vehementius contenderetur ac Volusenus ipsius interceptandi Commi cupiditate per-

sollten den ganzen Landstrich bis zum Ozean in Gehorsam halten. Damit kein Teil Galliens ohne militärische Besetzung bleibe, legte er die beiden letzten in das Gebiet der Lemoviker nicht weit von dem der Arverner. Er selbst verblieb nur wenige Tage in der Provinz, durcheilte die Orte, wo er die Gerichtstage abhielt, entschied in öffentlichen Streitfragen und verteilte an verdiente Anhänger Belohnungen. Er hatte nämlich reichlich Gelegenheit festzustellen, wie ein jeder dem römischen Volke bei dem Aufstand ganz Galliens gesinnt war, dem er nur dank der Treue und der Hilfsmittel der Provinz hatte begegnen können. Nach Erledigung dieser Geschäfte kehrte er ins Belgerland zurück und verbrachte den Winter in Nemetocenna<sup>369</sup>).

Da erfuhr er, daß der Atrebate Commius gegen seine Reiterei ein Gefecht geliefert hatte. Als nämlich Antonius in das Winterquartier eingerückt war und der Atrebatentamm gehorsam die Treue hielt, blieb Commius nach seiner Verwundung bei dem auf ihn verübten oben erwähnten Anschlag gewohnheitsgemäß bei seinen Stammesbrüdern, immer auf dem Posten, um ihnen, wenn sie an Krieg dachten, nicht als Helfer bei der Rüstung und als Anführer zu fehlen. Während sich nun der Stamm den Römern fügte, lebte er mit seinen Reitern von Raubzügen, gefährdete die Wege und fing mehrere ins römische Winterquartier ziehende Transportkolonnen ab.

Dem Antonius<sup>370</sup>) war als Reiterpräfekt Gaius Volusenus Quadratus zugeteilt mit dem Befehl, in dessen Winterquartier zu lagern. Ihn schickte Antonius aus, die feindliche Reiterei zu verfolgen. Er war ein außerordentlich tapferer Offizier, haßte zudem Commius leidenschaftlich und führte einen diesen betreffenden Befehl um so lieber aus. So überfiel er hier und dort aus einem Hinterhalt wiederholt dessen Reiter und kämpfte erfolgreich mit ihnen. Als es schließlich zu einem heftigen Scharmützel kam und Volusenus in dem Wunsche, Commius gefangen zu nehmen, mit nur wenigen allzu heftig nachge-

tinacius eum cum paucis insecutus esset, ille autem fuga vehementi Volusenum produxisset longius, inimicus homini repente omnium suorum invocat fidem atque auxilium, ne sua vulnera per fidem imposita paterentur impunita, conversoque equo se a ceteris incautius permittit in praefectum. faciunt hoc idem omnes eius equites paucosque nostros convertunt atque insequuntur. Commius incensum calcaribus equum coniungit equo Quadrati lanceaque infesta medium femur eius magnis viribus traicit. praefecto vulnerato non dubitant nostri resistere et conversis equis hostem pellere. quod ubi accidit, complures hostium magno nostrorum impetu percussi vulnerantur ac partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur. quod [ubi] malum dux equi velocitate evitavit, ac sic proelio secundo graviter ab eo vulneratus praefectus, ut vitae periculum aditurus videretur, refertur in castra. Commius autem sive expiato suo dolore sive magna parte amissa suorum legatos ad Antonium mittit seque et ibi futurum, ubi praescripserit, et ea facturum, quae imperarit, obsidibus datis firmat; unum illud orat, ut timori suo concedatur, ne in conspectum veniat cuiusquam Romani. cuius postulationem Antonius cum iudicaret ab iusto nasci timore, veniam petenti dedit, obsides accepit.

Scio Caesarem singulorum annorum singulos commentarios confecisse; quod ego non existimavi mihi esse faciendum, propterea quod insequens annus L. Paulo C. Marcello consulibus nullas res Galliae habet magno opere gestas. ne quis tamen ignoraret, quibus in locis Caesar exercitusque eo tempore fuissent, pauca esse scribenda coniungendaque huic commentario statui.

49.

Caesar in Belgio cum hiemaret, unum illud propositum habebat continere in amicitia civitates, nulli

sprengt war und jener in rasender Flucht ihn zu weit vorgelockt hatte, flehte Commius aus Haß gegen Volusenus plötzlich seine Reiter um treuen Beistand an, bat sie, seine ihm heimtückisch und hinterrücks beigebrachten Wunden nicht ungerächt zu lassen, machte mit seinem Pferde kehrt, trennte sich von seinem Gefolge und stürzte sich zu unbedachtsam auf den Präfekten. Seine Reiter machten ebenfalls kehrt, warfen unser kleines Häuflein und setzten ihm nach. Commius gab seinem Pferde die Sporen, holte Volusenus ein, raste Kopf an Kopf neben dessen Pferde weiter und stieß ihm mit großer Kraft seine Lanze mitten durch den Oberschenkel. Als der Präfekt verwundet war, machten unsere Reiter ohne Zögern kehrt und verjagten die Feinde. Dabei wurden mehrere von ihnen durch den heftigen Ansturm der Römer zu Boden geworfen und verwundet, zum Teil auf der Flucht aufgerieben oder gefangen genommen. Diesem Lose entrann der Führer nur dank der Schnelligkeit seines Pferdes. Der in dem glücklichen Gefecht schwer von ihm verwundete Reiterpräfekt – es drohte ihm augenscheinlich Lebensgefahr – wurde ins Lager zurückgebracht. Commius aber schickte, sei es, daß sein Zorn besänftigt war oder, weil er einen großen Teil seiner Leute verloren hatte, Unterhändler zu Antonius und versicherte, er werde an einem von ihm vorgeschriebenen Ort ihm zur Verfügung stehen und sich nach Stellung von Geiseln seinen Befehlen fügen. Nur um eins bat er: man möge seiner Furcht Rechnung tragen und ihn nicht in das Blickfeld eines Römers kommen lassen. Da Antonius der Meinung war, seine Forderung entspringe begründeter Furcht<sup>371</sup>), gab er dem Bittenden Pardon und nahm seine Geiseln entgegen.

Ich weiß<sup>372</sup>), daß Cäsar die einzelnen Bücher immer nach den Ereignissen eines jeden Jahres abgeschlossen hat. Ich glaubte nicht, das auch tun zu müssen. Denn das folgende Jahr, das Konsulatsjahr des Lucius Paulus und Gaius Marcellus (50 v. Chr.), verlief ohne besondere Ereignisse in Gallien. Damit aber jeder wisse, wo sich damals Cäsar und sein Heer aufhielten, will ich nur einiges wenige berichten und diesem Buche anfügen.

Während seines Winteraufenthaltes in Belgien verfolgte Cäsar nur das eine Ziel, das gute Verhältnis mit den Stämmen aufrecht zu erhalten und niemandem die Hoffnung oder den Anlaß

spem aut causam dare armorum. nihil enim minus 2  
volebat quam sub decessum suum necessitatem sibi  
aliquam imponi belli gerendi, ne, cum exercitum de-  
ducturus esset, bellum aliquod relinqueretur, quod  
omnis Gallia libenter sine praesenti periculo suscipe-  
ret. itaque honorifice civitates appellando, principes 3  
maximis praemiis adficiendo, nulla onera nova iniun-  
gendo defessam tot adversis proeliis Galliam condi-  
cione parendi meliore facile in pace continuit.

50.

Ipse hibernis peractis contra consuetudinem in 1  
Italiam quam maximis itineribus est profectus, ut  
municipia et colonias appellaret, quibus M. Antonii  
quaestoris sui commendaverat sacerdotii petitionem.  
contendebat enim gratia cum libenter pro homine sibi  
coniunctissimo, quem paulo ante praemiserat ad pe-  
titionem, tum acriter contra factionem et potentiam 2  
paucorum, qui M. Antonii repulsa Caesaris decedentis  
gratiam convellere cupiebant. hunc etsi augurem 3  
prius factum, quam Italiam attingeret, in itinere au-  
dierat, tamen non minus iustam sibi causam muni-  
cipia et colonias adeundi existimavit, ut iis gratias  
ageret, quod frequentiam atque officium suum Anto-  
nio praestitissent, simulque se et honorem suum inse-  
quentis anni commendaret petitione, propterea quod  
insolenter adversarii sui gloriarentur Lucium Len-  
tulum et Gaium Marcellum consules creatos, qui om-  
nem honorem et dignitatem Caesaris spoliarent, erep-  
tum Servio Galbae consulatum, cum is multo plus  
gratia suffragii valuisset, quod sibi coniunctus et fa-  
miliaritate et necessitudine legionis esset.

51.

Exceptus est Caesaris adventus ab omnibus muni- 1  
cipiis et coloniis incredibili honore atque amore. tum

zu einer kriegerischen Auseinandersetzung zu geben. Denn er  
wünschte nichts weniger, als sich noch kurz vor seinem Ab-  
treten als Statthalter in die Zwangslage eines Krieges versetzt  
zu sehen. Im Begriff, sein Heer zurückzuziehen, wollte er nicht  
irgendeinen Krieg hinter sich lassen, in den dann ganz Gallien  
ohne unmittelbare Gefahr gern eingetreten wäre. Daher zeich-  
nete er die Stämme mit ehrender Anerkennung aus, machte  
ihren Fürsten großartige Geschenke und legte keine neuen  
Lasten auf. So konnte er das durch so zahlreiche Niederlagen  
geschwächte Gallien leicht in friedlichem Gehorsam halten,  
zumal seine Lage besser war, wenn es sich fügte.

Als der Winter zu Ende gegangen war, eilte er gegen seine  
Gewohnheit schnellstens nach Oberitalien, um die Bewohner  
der freien Landstädte und römischen Gemeinden anzusprechen,  
denen er empfohlen hatte, seinen Quästor Marcus Antonius bei  
seiner Bewerbung um ein Priesteramt zu unterstützen. Denn  
er setzte sich gern für diesen ihm aufs engste verbundenen  
Mann ein, den er kurz vorher zur Bewerbung vorausgeschickt  
hatte. Besonders trat er den starken Umtrieben einiger weni-  
ger entgegen, die durch Ablehnung des Antonius seine eigene  
politische Geltung zum Zeitpunkt seines Abtretens unter-  
graben wollten. Obwohl er bereits unterwegs erfahren hatte,  
daß Antonius schon vor seinem Eintreffen in Oberitalien zum  
Augur gewählt worden war, glaubte er, immer noch berech-  
tigten Grund zu haben, die freien Landstädte und Kolonien  
aufzusuchen. Er wollte ihnen dafür danken, daß sie sich  
mit so großer Stimmenzahl für Antonius eingesetzt hatten,  
zugleich aber sich selbst für seine Bewerbung um das höchste  
Amt<sup>373</sup>) im kommenden Jahr empfehlen. Seine Gegner nämlich  
priesen ganz unverschämt damit, daß Lucius Lentulus und  
Gaius Marcellus, die ihm alle Ehren und Würden nehmen soll-  
ten, zu Konsuln gewählt seien, während dem Servius Galba,  
nur weil er der enge Freund Cäsars war und bei ihm eine Lega-  
tenstelle bekleidet hatte, das Konsulat vorenthalten worden  
war, obwohl er beliebter war und mehr Stimmen erhalten hätte.

Cäsar wurde bei seiner Ankunft von allen Bewohnern der  
Munizipien und Kolonien mit unglaublichen Ehrungen und

primum enim veniebat ab illo universae Galliae bello, nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, 2 itinerum, locorum omnium, qua Caesar iturus erat, excogitari poterat. cum liberis omnis multitudo obviam procedebat, hostiae omnibus locis immolabantur, tricliniis stratis fora templaque occupabantur, ut vel expectatissimi triumphii laetitiam praecipere possent. tanta erat magnificentia apud opulentiores, cupiditas apud humiliores.

52.

Cum omnes regiones Galliae togatae Caesar percucurrisset, summa celeritate ad exercitum Nemetocennam rediit legionibusque ex omnibus hibernis ad fines Treverorum evocatis eo profectus est ibique exercitum lustravit. T. Labienum Galliae praefecit togatae, quo maior commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem. ipse tantum iterum faciebat, 3 quantum satis esse ad mutationem locorum propter salubritatem existimabat. ibi quamquam crebro audiebat Labienum ab inimicis suis sollicitari certiorque fiebat id agi paucorum consiliis, ut interposita senatus auctoritate aliqua parte exercitus spoliaretur, tamen neque de Labieno credidit quicquam neque contra senatus auctoritatem, ut aliquid faceret, adduci potuit. iudicabat enim liberis sententiis patrum conscriptorum causam suam facile obtineri. nam Gaius Curio 4 tribunus plebis cum Caesaris causam dignitatemque defendendam suscepisset, saepe erat senatui pollicitus, si quem timor armorum Caesaris laederet, [et] quoniam Pompei dominatio atque arma non minimum terrorem foro inferrent, discederet uterque ab armis exercitusque dimitteret; fore eo facto liberam et sui iuris civitatem. neque hoc tantum pollicitus est, 5 sed etiam per se discessionem facere coepit; quod ne fieret, consules amicique Pompei iusserunt atque ita rem moderando discesserunt.

Liebesbeweisen aufgenommen. Es war das erste Mal, daß er nach dem Kriege mit Gesamtgallien zu ihnen kam. Nichts gab es, was man nicht ausgedacht hatte, um Tore, Straßen und alle Plätze zu schmücken, durch die er kommen sollte. Das ganze Volk mitsamt den Kindern zog ihm entgegen, überall wurden Opfer dargebracht, mit Teppichen bedeckte Speisediwane füllten die Marktplätze und Tempel, so daß man schon die Vorfreude des sehnlichst erwarteten Triumphzuges genoß. So groß war der von den Reichen aufgewandte Prunk, so groß die liebevolle Begeisterung der weniger Bemittelten.

Nach seiner Rundreise durch ganz Oberitalien kehrte Cäsar schnellstens zu seinen Truppen nach Nemetocenna zurück, beorderte die Legionen aus sämtlichen Winterquartieren ins Land der Treverer, begab sich dorthin und hielt eine Heerschau aller Truppen ab. Das römische Gallien stellte er unter das Kommando des Titus Labienus, um ihm dort die Empfehlung für seine Bewerbung um das Konsulat zu sichern. Die Truppen ließ er nur die Märsche machen, die seiner Ansicht nach aus gesundheitlichen Gründen ein Ortswechsel notwendig machte. Obwohl ihm wiederholt zu Ohren kam, Labienus lasse sich von seinen politischen Gegnern gegen ihn aufhetzen, und er von den Plänen einiger weniger Kenntnis erhielt, ihm solle durch Senatsbeschluß ein Teil des Heeres entzogen werden, schenkte er den Gerüchten über Labienus keinen Glauben, noch sah er sich veranlaßt, etwas gegen einen Senatsbeschluß zu unternehmen. Glaubte er doch, daß bei freier Meinungsäußerung der Senatoren sich seine Sache leicht durchsetzen werde. Der Volkstribun Gaius Curio <sup>374</sup>) hatte es nämlich übernommen, Cäsars Interessen und Ehre zu verteidigen, und dem Senat wiederholt die Zusage gemacht, wenn schon jemand an der Heeresmacht Cäsars Anstoß nehme, daß beide, er und Pompeius, da ja dessen Befehlsgewalt und Truppen für den Staat die größte Bedrohung darstellten, die Waffen niederlegten und ihre Heere entließen. Hierdurch würde der Staat wieder frei und käme zu seinem Recht. Aber Curio versprach dies nicht nur, sondern begann von sich aus, durch Abstimmung ohne Debatte einen solchen Senatsbeschluß herbeizuführen. Doch das hintertrieben die Konsuln und Anhänger des Pompeius und führten so bei der Abstimmung die Sache in ihrem Sinne durch.

53.

Magnum hoc testimonium senatus erat universi  
conveniensque superiori facto. nam <Marcus> Marcel-  
lus proximo anno cum impugnaret Caesaris dignita-  
tem, contra legem Pompei et Crassi rettulerat ante  
tempus ad senatum de Caesaris provinciis, sententiis-  
que dictis discessionem faciente Marcello, qui sibi  
omnem dignitatem ex Caesaris invidia quaerebat,  
senatus frequens in alia omnia transit. quibus non  
frangebantur animi inimicorum Caesaris, sed admo-  
nebantur quo maiores pararent necessitates, quibus  
cogi posset senatus id probare, quod ipsi constituis-  
sent.

54.

Fit deinde senatus consultum, ut ad bellum Parthi-  
cum legio una a Gnaeo Pompeio, altera a C. Caesare  
mitteretur; neque obscure duae legiones uni detra-  
hantur. nam Pompeius legionem primam quam ad  
Caesarem miserat confectam ex dilectu provinciae  
Caesaris, eam tamquam ex suo numero dedit. Caesar  
tamen cum de voluntate minime dubium esset adver-  
sarios suorum, Pompeio legionem remisit et suo  
nomine quintam decimam, quam in Gallia citeriore  
habuerat, ex senatus consulto iubet tradi; in eius  
locum tertiam decimam legionem in Italiam mittit,  
quae praesidia tueretur, ex quibus praesidiis quinta  
decima deducebatur. ipse exercitui distribuit hiberna:  
C. Trebonium cum legionibus IIII in Belgio conlocat,  
C. Fabium cum totidem in Haeduos deducit. sic enim  
existimabat tutissimam fore Galliam, si Belgae, quo-  
rum maxima virtus, et Haedui, quorum auctoritas  
summa esset, exercitibus continerentur. ipse in Ita-  
liam profectus est.

55.

Quo cum venisset, cognoscit per Gaium Marcellum  
consulem legiones duas ab se missas, quae ex senatus

Es war das ein beredtes Zeugnis für die Gesinnung des ge-  
samten Senats und paßte ganz zu einem früheren Geschehen.  
Als nämlich Marcus Marcellus im vorigen Jahr gegen Cäsars an-  
gesehene Stellung ankämpfte, hatte er im Widerspruch zu dem  
Gesetz des Pompeius und Crassus<sup>375</sup>) bezüglich der Provinzen  
Cäsars vorzeitig dem Senat Bericht zur Begutachtung erstattet.  
Als man sich dazu geäußert hatte, ließ Marcellus, der aus der  
Abneigung gegen Cäsar alle Ehren für sich erstrebte, darüber  
abstimmen. Durch Mehrheitsbeschluß ging aber der Senat zur  
Beratung aller anderen Punkte über. Cäsars Gegner ließen sich  
jedoch dadurch nicht entmutigen, sondern nur anspornen,  
desto größere Druckmittel einzusetzen, um den Senat zur An-  
nahme ihrer Anträge zu zwingen.

Darauf kam ein Senatsbeschluß zustande, für einen Krieg  
gegen die Parther solle Gnaeus Pompeius eine Legion, Gaius  
Cäsar eine zweite abtreten. Aber es war ein offenes Geheimnis,  
daß die beiden Legionen nur dem einen entzogen wurden. Denn  
Pompeius stellte nur die eine Legion, die er in Cäsars Provinz  
ausgehoben und zu ihm geschickt hatte<sup>376</sup>), zur Verfügung, als  
ob sie zu seinen Legionen zu rechnen sei. Indes schickte Cäsar,  
obwohl er nicht im geringsten über die Absichten seiner Gegner  
im Zweifel war, Pompeius die eine Legion und trat seinerseits  
gemäß dem Senatsbeschluß die in Oberitalien stehenden Fünf-  
zehner ab. Er schickte zum Schutz der Stützpunkte in Ober-  
italien, die die 15. Legion geräumt hatte, die Dreizehner. Dann  
verteilte er das Heer auf die Winterquartiere: Gaius Trebonius  
legte er mit vier Legionen nach Belgien, Gaius Fabius mit eben-  
falls vier ins Land der Häduer. So nämlich glaubte er, am besten  
Gallien sichern zu können, wenn die Belger als die bei weitem  
Tapfersten und die Häduer als die Einflußreichsten durch die  
Besatzungstruppen niedergehalten würden. Er selbst reiste  
nach Italien.

Dort eingetroffen, erfuhr er, daß die beiden von ihm ent-  
lassenen Legionen, die nach dem Senatsbeschluß für den Par-

consulto deberent ad Parthicum bellum duci, Cn. Pompeio traditas atque in Italia retentas esse. hoc 2 facto quamquam nulli erat dubium, quidnam contra Caesarem pararetur, tamen Caesar omnia patienda esse statuit, quoad sibi spes aliqua relinqueretur iure potius disceptandi quam belligerandi. contendit...

therkrieg hätten in Marsch gesetzt werden müssen, vom Konsul Gaius Marcellus dem Gnaeus Pompeius übergeben und in Italien zurückgehalten wurden. Obwohl es hierdurch niemandem mehr zweifelhaft war, was man gegen Cäsar im Schilde führte, beschloß dieser doch, alles ruhig hinzunehmen, so lange ihm noch irgendeine Hoffnung bleibe, eher auf rechtlichem Wege sich auseinanderzusetzen als zu den Waffen zu greifen. Er bemühte sich,...